The Lessing J. Rosenwald Collection, No. 14

Rare Book & Special Collections Division

Library of Congress February 18, 2003

PLATE IDENTIFICATION, COURTESY OF OCTAVO.

Book of hours (Ms. Library of Congress. Rosenwald ms. 10)

Catholic Church | France 1524

HEURES
SUR
VELIN


1318
EX LIBRIS
CORTLANDT BISHOP
THE GIFT OF
LESSING J. ROSENWALD
TO THE LIBRARY OF CONGRESS

Les heures de [illegible]

[illegible]









KL Ianuarius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

iii.	A	Circuncisio domini
	b	Octaua ſancti Stephani
xi.	c	Octaua ſancti Ioannis
	d	Octaua Innocentium
xix.	e	Theleſphori papæ.
viii.	f	Epiphania domini
	g	Iuliani: martyris
xvi.	A	Seueri & Erardi epiſcopi
v.	b	Martianæ virginis
	c	Pauli primi èremitæ
xiii.	d	Igini papæ & martyris
ii	e	Satyri martyris
	f	Octaua Epiphaniæ
x	g	Felicis in pincis
	A	Mauri abbatis
xviii.	b	Marcelli papæ et martyris
vii.	c	Antonii: abbatis
	d	Priſcæ virginis et mart.
xv.	e	Marii cum ſociis ſuis
iiii	f	Sebaſtiani: martyris.
	g	Agnetis virginis & mart.
xii.	A	Vincentii: martyris
.i.	b	Emerentianæ virginis
	c	Feliciani: epiſcopi.
ix.	d	Conuerſio ſancti Pauli.
	e	Polycarpi epiſcopi & mart.
xvii.	f	Ioannis Chryſoſtomi
vi.	g	Agnetis ſecundo.
	A	Geminiani: epiſcopi
xiiii	b	Tranſlatio ſancti marci
iii.	c	Cyri & Ioannis: martyrum



KL Februarius habet dies. xxviii.
Luna vero. xxix.

	d	Brigide virginis
xi.	e	Purificatio beatæ Mariæ virginis
xix	f	Blaſii epiſcopi et martyris.
viii.	g	Gilberti confeſſoris
	A	Agathæ virginis et martyris
xvi.	b	Dorotheæ virginis
v.	c	Moyſeti epiſcopi
	d	Salomonis: martyris
xiii.	e	Apolloniæ virginis & martyris
ii.	f	Scholaſticæ: virginis
	g	Euphroſinæ: virginis
x.	A	Eulaliæ: virginis & mart.
	b	Fuſcæ: virginis & mart
xviii	c	Valentini papæ: et mart
vii	d	Fauſtini: & Iouitæ: mr̄y.
	e	Iulianæ virginis
xv	f	Conſtantiæ: virginis
iiii	g	Simeonis. mr̄. epiſ. hiero.
	A	Sabini preſbyteri.
xii	b	Galli: preſb. & confeſſoris
i.	c	Septuaginta nouē: mr̄y.
	d	Cathedra ſancti Petri
ix.	e	Sereni: mr̄. Vigilia.
	f	Mathiæ apoſtoli
xvii	g	Alexandri epiſcopi.
vi.	A	Victoris & ſociorum mr̄y.
	b	Leandri: epiſcopi.
xiiii	c	Romani: abbatis.

KL Martius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

iii.	d	Herculani: epiſcopi et mr̄
	e	Baſilici: martyris
xi.	f	Maximi: martyris
	g	Lucii papæ et mart
xix.	A	Focæ: martyris
viii.	b	Victoris & Venturini mr̄y.
	c	Thomæ aquinatis confeſſoris
xvi.	d	Appollonii: martyris
v.	e	Sanctorum quadraginta: mr̄y.
	f	Vgi: archiepiſcopi
xiii.	g	Soldati. xl. martyres
ii.	A	Gregorii papæ
	b	Euphraſiæ virginis
x.	c	Zachariæ papæ
	d	Longini: martyris
xviii	e	Patricii epiſcopi
vii.	f	Geltrudæ virginis
	g	Anſelmi epiſcopi
xv.	A	Ioſeph: confeſſoris.
iiii	b	Guberti: confeſſoris
	c	Benedicti abbatis
xii.	d	Pauli epiſcopi narbonenſis
i.	e	Pygmeni: epiſ. & mart
	f	Theodori preſb. et conf.
ix.	g	Annuntiatio beatæ Mariæ.
	A	Caſtorii: martyris
xvii	b	Ioannis: eremitæ
vi.	c	Grondani: Regis
	d	Euſtaſii: abbatis.
xiiii	e	Secundi: martyris
iii.	f	Balbinæ: virginis.



KL Aprilis habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.

	g	Thedoræ virginis & martyris
ix.	A	Mariæ ægyptiacæ
	b	Pancratii: martyris
xix	c	Isidori: episcopi
viii.	d	Vincentii confessoris
xvi.	e	Cœlestini papæ.
v.	f	Alexandrini: martyris.
	g	Dionysii: episcopi
xiii.	A	Prochori: martyris
ii.	b	Appollonii: presb. & mr̃
	c	Eustorgii: presb. & conf.
x.	d	Zeni: episcopi veronensis.
	e	Hermengildi: Regis. et mr̃.
xviii	f	Tyburtii: Valeriani: & Maxi. mr̃.
vii.	g	Isidori: martyris
	A	Callisti: martyris
xv.	b	Aniceti papæ & mr̃
iiii.	c	Præfecti presb. et mr̃
	d	Crescentii: confessoris
xii.	e	Leonis papæ.
.i.	f	Simeonis. epis. persiæ
	g	Soteris: & Gaii: mr̃.
ix.	A	Georgii: martyris
	b	Marcellini: martyris
xvii	c	Marci euangelistæ
vi.	d	Gregorii: episcopi
	e	Anastasii: papæ
xiiii	f	Vitalis: martyris
iii.	g	Petri: martyris
	A	Caterinæ senensis. Vigilia.

KL Maius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

xi.	b	Philippi & Iacobi apostolorũ
	c	Sigismundi: Regis
xix.	d	Inuentio sanctæ crucis.
viii	e	Monichæ matris. s. Augustini
	f	Conuersio: s. Augustini epis.
xvi.	g	Ioannis ante portã latinam.
v.	A	Cleti papæ & martyris
	b	Apparitio sancti Michaelis.
xiii.	c	Gregorii thelogi & episcopi
ii.	d	Gordiani & Epimachi: mr̃.
	e	Mamerti episcopi
x.	f	Nerei: Archilei: atq; Pancratii. mr̃.
	g	Theodoræ virginis
xviii	A	Bonifacii: martyris
vii.	b	Isidori: martyris
	c	Vbaldi: episcopi
xv.	d	Torpetæ: martyris
iiii.	e	Felicis episcopi & mr̃.
	f	Potentianæ virginis
xii.	g	Benardini confessoris
i	A	Helenæ Reginæ
	b	Iuliæ: martyris
ix.	c	Desiderii episcopi & mr̃
	d	Seruuli: martyris
xvii.	e	Vrbani papæ & mart'
vi.	f	Eleutherii papæ & mr̃.
	g	Ioannis papæ & mr̃
xiiii.	A	Germani episcopi
iii.	b	Maximi episcopi paduani
	c	Felicis papæ & mr̃.
xi.	d	Petronillæ virginis.

Iunius habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.

	e	Secundi: martyris
xix.	f	Marcellini: Petri: & Erasmi
viii.	g	Pergentini: & Lagentini: mr̃y.
	A	Quirini episcopi & mr̃
xvi.	b	Bonifacii episcopi et mr̃
v.	c	Philippi ex. 7. diaco.
	d	Pauli episcopi constantinopo
xiii.	e	Medardi episcopi
ii.	f	Primi & Feliciani: mr̃y.
	g	Getulli: martyris
x	A	Barnabæ apostoli
	b	Basilidis: Citini: & sociorum mr̃y.
xviii	c	Antonii confessoris patauini
vii.	d	Helisei prophetæ.
	e	Viti & Modesti: martyrum
xv.	f	Diogenis: martyris.
iiii.	g	Auiti presbyteri & confessoris
	A	Marci: & Marcellini: mr̃y.
xii.	b	Geruasii & Prothasii. mr̃y.
i.	c	Siluerii papæ & martyris
	d	Ianuariæ virginis
ix.	e	Paulini episcopi nolani
	f	Ioannis presb: et mr̃. Vigilia
xvii	g	Natiuitas. s. Ioannis baptistæ.
vi	A	Apparitio sancti Marci
	b	Ioannis & Pauli mr̃y.
xiiii	c	Crescentii episcopi.
.iii.	d	Leonis papæ. Vigilia.
	e	Petri: & Pauli apostolorum.
xi.	f	Commemoratio. s. Pauli.

KL Iulius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

	g	Martialis apostoli
xix	A	Visitatio beatæ Mariæ
viii.	b	Gregorii episcopi et mr̃
xvi.	c	Vlderici episcopi augustæ
.v.	d	Domitii: martyris
	e	Octaua Petri et Pauli
xiii.	f	Partemii confessoris
.ii.	g	Procopii martyris
	A	Zenonis martyris
x	b	Paterniani episcopi
	c	Pii papæ & martyris.
xviii	d	Hermacoræ. & Fortunati mr̃y.
vii.	e	Anacleti papæ et martyris
	f	Heraclii episcopi
xv.	g	Quiriti & Iulitæ: martyrum
iiii.	A	Eustachii episcopi
	b	Marinæ virginis & Alexii confessoris
xii.	c	Symphorosæ cum. 7. filiis
.i.	d	Arsenii eremitæ
	e	Margaritæ virg. & mart
ix.	f	Praxedis virginis et mr̃
	g	Mariæ Magdalenæ
xvii	A	Apollinaris episcopi
vi	b	Christinæ virginis et mr̃
	c	Iacobi apostoli.
xiiii	d	Sanctæ Annæ
.iii.	e	Pantaleonis: martyris
	f	Nazarii: Celsi: & sociorum mr̃y.
xi.	g	Marthæ virginis.
	A	Abdon: & Sennen mr̃y.
xix.	b	Fantini: confessoris.

Auguſtus habet dies. xxxi
Luna vero. xxx.

viii.	c	Petri ad vincula
xvi.	d	Stephani papæ.
v	e	Inuentio ſancti Stephani
	f	Iuſtini preſbyteri
xiii	g	Mariæ ad niues.
ii	A	Tranſfiguratio domini
	b	Sixti: & Feliciſſimi
[illegible]	c	Cyriaci & Largi
	d	Romani: martyris
xviii	e	Laurentii martyris
vii	f	Tyburtii & Suſannæ
	g	Claræ virginis
xv	A	Hippoliti & ſociorum: mr̃ꝝ
ii	b	Euſebii epiſ. et conf. Vigilia
	c	Aſſumptio beatæ Mariæ virg.
xii	d	Rochi confeſſoris
i	e	Octaua ſancti Laurentii
	f	Agapiti: mart.
ix.	g	Ludouici epiſ. et conf.
	A	Bernardi abbatis
xvii	b	Anaſtaſii: martyris
vi.	c	Timothei: Hippoliti: & Eleazari
	d	Simphoriani: mr̃ Vigilia
xiiii	e	Bartholomei apoſtoli
iii.	f	Ludouici conf. Regis francoꝝ
	g	Zepherini papæ & mr̃
xi	A	Ruffi martyris
xix.	b	Auguſtini epiſcopi conf.
	c	Decollatio. ſ. Ioannis
viii.	d	Felicis & Adaucti: mr̃ꝝ
	e	Felicis: confeſſoris

September habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.

xvi	f	Egidii abbatis
.v.	g	Antonii martyris
	A	Euphemiæ: Teclæ: & Eraſmi
xiii.	b	Moyſi prophetæ
ii.	c	Venturini: martyris
	d	Zachariæ prophetæ
x.	e	Reginæ virginis & mr̃.
	f	Natiuitas beatæ Mariæ virg.
xviii.	g	Gorgonii: martyris
vii.	A	Nicolai tolentinatis
	b	Proti & Hyacinthi
xv.	c	Syri: epiſcopi
iiii.	d	Philippi epiſcopi et mr̃
	e	Exaltatio ſanctæ crucis
xii.	f	Nicomedis preſb. et mr̃
i.	g	Nicomedis: martyris
	A	Lamberti epiſcopi et mr̃
.ix.	b	Victoris & Coronæ mr̃ꝝ
	c	Ianuarii epiſcopi & mr̃.
xvii.	d	Euſtachii: mr̃. Vigilia.
vi	e	Matthei apoſtoli.
	f	Mauricii cum ſociis ſuis
xiiii	g	Lini papæ & mr̃
iii.	A	Germani abbatis
	b	Cleophæ: mr̃. apo. de 72.
xi.	c	Cypriani & Iuſtinæ
	d	Coſmæ & Damiani: mr̃ꝝ
xix.	e	Exuperii epiſcopi & conf.
viii.	f	Dedicatio. ſ. Michaelis.
	g	Hieronymi preſb. et conf.



KL October habet dies . xxxi
Luna vero . xxx .

xvi .	A	Remigii episcopi et conf.
v .	b	Leodegarii episcopi
	c	Candidi : martyris
xiii .	d	Francisci confessoris .
ii .	e	Placidi cum sociis suis . mr̃
	f	Magni episcopi
x .	g	Iustinæ virginis et mr̃
	A	Sacra sancti : Marci
xviii	b	Dionysii episcopi
vii .	c	Cerbonii episcopi
	d	Firmini : episcopi
xv	e	Eustachii presb . et conf.
iiii	f	Venantii : abbatis
	g	Callisti : papæ et mart´
xii .	A	Antiochi : episcopi
i .	b	Galli confessoris
	c	Florentii episcopi Vigilia
ix .	d	Lucæ euangelistæ .
	e	Pelagiæ virginis & mart´
xvii .	f	Maximi : martyris
. vi .	g	Vrsulæ cum . M . c . virginibus
	A	Macharii episcopi
xiiii	b	Theodori episcopi et mr̃
iii .	c	Fortunati cum sociis . mr̃
	d	Chrisanti : martyris
xi .	e	Euaristi papæ et mart´
	f	Geltrudæ virginis Vigilia
xix	g	Simonis & Iudæ . apostoloꝝ
viii	A	Zenobii presb & mart´
	b	Bernardi : episcopi
xvi .	c	Quintini : martyris .

KL Nouember habet dies . xxx .
Luna vero . xxix .

v	d	Festum omnium sanctorum
	e	Commemoratio fidelium defunctorum
xiii .	f	Hilarionis episcopi
ii .	g	Vitalis & Agricolæ : mr̃ꝝ
	A	Zachariæ patris . Io . bap .
x	b	Leonardi confessoris
	c	Prosdocimi episcopi & conf .
xviii	d	Quatuor coronatorum : mr̃ꝝ
vii .	e	Theodori : martyris
	f	Triphonis cum septem sociis
x .	g	Martini episcopi & confessoris
iiii	A	Martini papæ & martyris
	b	Bricii episcopi & confessoris
xii	c	Ioannis episcopi et confessoris
i	d	Felicis episcopi et martyris
	e	Eucharii : episcopi & conf .
ix	f	Aniani episcopi
	g	Dedicatio basilicæ . Petri & Pauli
xvii	A	Helisabeth Reginæ viduæ
vi	b	Stephani confessoris
	c	Præsentatio virginis Mariæ
xiiii	d	Ceciliæ virginis & mr̃
iii	e	Clementis papæ et mr̃
	f	Grisogoni martyris
xi	g	Caterinæ virginis & mr̃
	A	Petri alexandrini epis . et mr̃
xix	b	Iacobi intercisi : mr̃ .
viii	c	Prosperi episcopi et conf .
	d	Saturnini : martyris . Vigilia .
xvi .	e	Andreæ apostoli

KL December habet dies . xxxi
Luna vero . xxx .

xiii.	f	Candidi : martyris
ii .	g	Bibianæ.virginis
	A	Cassiani : martyris
x .	b	Barbaræ virginis & mr̃ .
	c	Sabæ abbatis
xviii	d	Nicolai episcopi & conf.
vii	e	Ambrosii episcopi & conf .
	f	Conceptio beatæ Mariæ virg
xv .	g	Prouoli episcopi
iiii .	A	Melchiadis papæ & mr̃ .
	b	Damasi papæ & conf.
xii .	c	Valerii abbatis
.i	d	Lucæ virginis & mr̃
	e	Nicasii episcopi & mr̃
ix	f	Valeriani episcopi & conf.
	g	Melerii episcopi & conf.
xvii	A	Lazari resuscitati
vi .	b	Antonillæ virginis & mr̃
	c	Clementis presb. & conf .
xiiii	d	Domitiani : abbatis
iii	e	Thomæ apostoli . Vigilia
	f	Theodosiæ virginis & mr̃
xi	g	Seruuli : confessoris .
xix	A	Gregorii : presb . Vigilia
	b	Natiuitas domini nr̃i Iesu Christi.
viii .	c	Stephani prothomartyris
	d	Ioannis apostoli & euangelistæ
xvi	e	Sanctorum innocentium .
v .	f	Thomæ archiepiscopi et mr̃
	g	Sabini episcopi & mr̃ .
xiii	A	Siluestri papæ & martyris .

Initium ſancti euangelii ſecundum
Io[illegible] Gloria tibi domine.
IN principio erat verbum,
et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. Hoc erat in principi
o apud deum. Omnia per ipſum facta ſūt
et ſine ipſo factum eſt nihil quod factum
eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux ho
minum: & lux in tenebris lucet: & tene
bræ eam non comprehenderunt. Fuit ho
mo miſſus a deo, cui nomen erat Ioan
nes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimo
nium perhiberet de lumine, vt omnes cre
derent per illum. Non erat ille lux, ſed vt
teſtimonium perhiberet de lumine. Erat
lux vera quæ illuminat omnem hominē
venientem in hunc mundum. In mundo
erat, et mundus per ipſum factus eſt, et mū
dus eum non cognouit. In propria venit, et
ſui eum non receperunt. Quotquot autem
receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios
dei fieri, iis qui credunt in nomine eius
Qui non ex ſanguinibus, neque ex volun



tate carnis : neque ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis. R. Deo gratias. A. Te inuocamus : te adoramus te laudamus : te glorificamus o beata trinitas. V. Sit nomen domini benedictum. R. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum. oro

PROTECTOR in te ſperantium deus ſine quo nihil eſt validum : nihil ſanctum : multiplica ſuper nos miſericordiam tuam : vt te rectore te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia : vt non amittamus æterna. Per chriſtum dominum noſtrum. R. Amen.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Lucam. Gloria tibi domine.

IN illo tempore. Miſſus eſt Gabriel angelus a deo in ciuitatem Galileæ cui nomen nazareth ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, et nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius, et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria inueniſti enim gratiam apud dominum : ecce concipies in vtero et paries filium : et vocabis nomen eius Ieſum. hic erit magnus et filius altiſſimi vocabitur et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius : et regnabit in domo Iacob in æternum : & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco. Et reſpondens angelus dixit ei Spiritusſanctus ſuperueniet in te et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius

der. Et ecce Helizabeth cognata tua: et ip-
sa concepit filium in senectute sua. Et
mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis
quia non erit impossibile apud deum :
omne verbum. Dixit autem Maria. Ec-
ce ancilla domini: fiat mihi secundum
verbum tuum. R. Deo gratias.
Sequentia sancti euangelii secundũ
Mattheum. R. Gloria tibi domine.

CVm natus es-
set iesus in
Bethleem iudæ i
diebus herodis re-
gis: ecce magi ab
oriente venerunt
Hierosolymam :
dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeo-
rum? Vidimus enim stellam eius in ori-
ente et venimus cum muneribus adora-
re eum. Audiens autem herodes rex tur-
batus est: et omnis hierosolyma cum illo
Et congregans omnes principes sacerdo-
tum et scribas populi: sciscitabatur ab
eis vbi christus nasceretur. At illi dixerunt.
In Bethleem iudæ. Sic enim scriptum est
per prophetam. Et tu Bethleem terra iu-
da nequaquam minima es in principibus
iuda: ex te enim exiet dux qui regat populũ
meum israel. Tunc herodes clam vocatis :
magis diligenter didicit ab eis tempus stel-
læ quæ apparuit eis: et mittens eos in beth-
leem dixit. Ite et interrogate diligenter :
de puero: et cum inueneritis renunciate
mihi: vt et ego veniens adorem eum. Qui
cum audissent regem abierunt: et ecce stel-
la quam viderant in oriente antecedebat
eos vsq3 dum veniens staret supra vbi e-
rat puer. Videntes autem stellam magi
gauisi sunt gaudio magno valde: et in-
trantes domum inuenerunt puerum cũ
Maria matre eius. Et procidentes ado-
rauerunt eum. et apertis thesauris suis :
obtulerunt ei munera aurum, thus, et
mirrham. Et responso accepto in somnis
ne redirent ad herodem per aliam viam
reuersi sunt in regionem suam. Deo grãs

Sequentia sancti euangelii secundũ Marcum. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Recũbentibus vndecĩ discipulis: apparuit illis Iesus et exprobrauit incredulitatem illorum et duriciam cordis quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderant, et dixit eis. Euntes in mũdum vniuersum predicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, et bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postq̃ locutus est eis assumptus est

in cœlum, et sedet a dextris dei. Illi autẽ profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Passio domini nostri Iesu christi sẽ cundũ Ioannem.

Egressus ẽ dominus Iesus cum discipulis suis trans torrentẽ

vbi erat hortus in quem introiuit ipſe et
diſcipuli eius . Sciebat autem et Iudas
qui tradebat eum, locum : quia freque͂
ter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipu-
lis ſuis . Iudas ergo cum accepiſſet cohor-
tem a pontificibus et phariſeis miniſtros
venit illuc cum laternis et facibus et ar-
mis . Ieſus itaq; ſciens omnia quæ ventu-
ra erant ſuper eum : proceſſit et dixit eis
Quem quæritis ? Reſponderunt ei . Ieſu͂
nazarenum . Dixit eis Ieſus . Ego ſum .
Stabat autem et Iudas qui tradebat eum
cum ipſis . Vt ergo dixit eis Ieſus ego ſum
abierunt retrorſum et ceciderunt in ter-
ram . Iterum ergo eos interrogauit . Quem
quæritis ? Illi autem dixerunt . Ieſum na-
zarenum . Reſpondit Ieſus . Dixi vobis
quia ego ſum . ſi ergo me quæritis ſinite
hos abire : vt impleretur ſermo quem di-
xit : quia quos dediſti mihi non perdidi
ex eis quenqua͂ . Simon ergo Petrus habe͂s
gladium eduxit eum et percuſſit pontifi-
cis ſeruum & abſcidit auriculam eius

dextram . Erat autem nomen ſeruo Mal-
chus . Dixit ergo Ieſus Petro . Mitte gla-
dium tuum in vaginam . calicem quem
dedit mihi pater non vis vt bibam illum ?
Cohors ergo et tribunus et miniſtri Iude-
orum comprehenderunt Ieſum et ligaue-
runt eum, et adduxerunt eum ad Anna͂
primum . erat enim ſocer Caiphæ qui e-
rat pontifex anni illius . erat autem Cai-
phas qui conſilium dederat Iudeis : quia
expedit vnum hominem mori pro popu-
lo . Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus
et alius diſcipulus autem ille erat notus
pontifici et introiuit cum Ieſu in atrium
pontificis . Petrus autem ſtabat ad hoſti-
um foris . exiuit ergo diſcipulus alius qui
erat notus pontifici et dixit hoſtiariæ, et
introduxit Petrum . Dixit autem Petro an-
cilla hoſtiaria . Nunquid et tu ex diſcipu-
lis es hominis iſtius ? Dixit ille . Non ſum .
Stabant autem ſerui & miniſtri ad pru-
nas quia frigus erat , et calefaciebant ſe .
Erat autem Petrus cum eis ſtans et calefa

ciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ie-
ſum de diſcipulis ſuis & de doctrina
eius. Reſpondit Ieſus. Ego palam locu-
tus ſum mundo: ego ſemper docui in
ſynagoga & in templo quo omnes Iudei
conueniunt: et in occulto locutus ſum ni-
hil. quid me interrogas? Interroga eos
qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Ec-
ce hi ſciunt quæ dixerim ego. Hæc autẽ
cum dixiſſet vnus aſſiſtens miniſtrorũ
dedit alapam Ieſu dicens. *Sic* reſpondes
pontifici? Reſpondit Ieſus. Si male locu-
tus ſum teſtimonium perhibe de malo: ſi
autem bene: quid me cedis? Et miſit eum
Annas ligatum ad Caipham pontificem.
Erat autem Simon Petrus ſtans & cale-
faciens ſe. Dixerunt ergo ei. Nunquid
et tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille et
dixit: Non ſum. Dixit ei vnus ex ſeruis
pontificis cognatus eius cuius abſcidit
Petrus auriculam. Nonne ego te vidi in
horto cum illo? Iterum ergo negauit
Petrus; et ſtatim gallus cantauit. Addu-

cunt ergo Ieſum a Caipha in prætorium:
erat autem mane: & ipſi non introierũt
prætorium vt non contaminarentur: ſed
manducarent paſcha. Exiuit ergo Pila-
tus ad eos foras & dixit. Quam accuſati-
onem affertis aduerſus hominem hunc?
Reſponderunt & dixerunt ei. Si non eſ-
ſet hic malefactor non tibi tradidiſſemꝰ
eum. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eũ
vos, & ſecundum legem veſtram iudica-
te eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis
non licet interficere quenquam: vt ſer-
mo ieſu impleretur quem dixit ſignificãs
qua morte eſſet moriturus. Introiuit er-
go iterum in prætorium Pilatus et vocauit
Ieſum et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Re-
ſpondit Ieſus. A temetipſo hoc dicis, an
alii tibi dixerunt de me? Dixit ei Pilatus
Nunquid ego iudeus ſum? Gens tua et põ-
tifices tradiderunt te mihi: quid feciſti?
Reſpondit Ieſus. Regnum meum non eſt
de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet re-
gnum meum: miniſtri mei vtiq; decerta-

rent vt non traderer iudeis: Nunc autem
regnum meum non est hinc. Dixit ita-
q3 ei Pilatus: Ergo rex es tu: Respondit
Iesus. Tu dicis quia rex sum ego: ego in
hoc natus sum: & ad hoc veni in mundũ
vt testimonium perhibeam veritati: Om
nis qui est ex veritate audit vocem meam
Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cũ
hoc dixisset, iterum exiuit ad iudeos et
dixit. Ego nullam inuenio in eo causam.
Est autem consuetudo vobis vt vnum
dimittam vobis in pascha: vultis ergo di
mittam vobis regem iudeorum? Clamaue
runt rursum omnes dicentes: Non hunc:
sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro
Tunc apprehendit Pilatus Iesum et flagel
lauit: & milites plectentes coronam de
spinis imposuerunt capiti eius: et veste
purpurea circundederunt eum: et venie
bant ad eum et dicebant. Aue rex iudeo
rum. Et dabant ei alapas: Exiuit iterũ
Pilatus foras et dixit. Ecce adduco vobis
eum foras vt cognoscatis quia nullam inue-

nio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portãs
coronam spineam et purpureum vestimen
tum, et dixit eis Pilatus: Ecce homo. Cum
ergo vidissent eum pontifices et ministri:
clamabant dicentes. Crucifige crucifige eũ.
Dixit eis Pilatus: Accipite eum vos et cruci
figite: ego enim non inuenio in eo causam.
Responderunt ei iudei: Nos legem habe
mus et secundum debet mori quia filium
dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hũc
sermonem magis timuit: Et ingressus est
in praetorium iterum et dixit ad Iesum:
Vnde es tu? Iesus autem responsum non de
dit ei. dixit ergo ei Pilatus: Mihi non lo
queris? nescis quia potestatem habeo cru
cifigere te: et potestatem habeo dimittere
te? Respondit Iesus: Non haberes potesta
tem aduersum me vllam nisi tibi datum es
set desuper: Propterea qui tradidit me tibi
maius peccatum habet: et exinde querebat
Pilatus dimittere eum. Iudei autem clama
bant dicentes. Si hunc dimittis non amicus
Caesaris: omnis enim qui se Regem facit:

contradicit Cæſari: Pilatus ergo cum au
diſſet hos ſermones adduxit Ieſum foras:
& ſedit pro tribunali in loco qui dicitur
licoſtratos: hebraice autem Gabatha. Erat
autem paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta.
et dixit iudeis. Ecce rex veſter. Illi autem
clamabant: Tolle tolle crucifige eum: Di
xit eis Pilatus. Regem veſtrum crucifigam
Reſponderunt pontifices. Non habemus Re
gem niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis il
lum vt crucifigeretur: Suſceperunt autem
illum & eduxerunt: et baiulans ſibi crucem
exiuit in eum qui dicitur caluariæ locum:
hebraice autem Golgota vbi eum crucifixe
runt: & cum eo alios duos hinc & hinc: me
dium autem Ieſum. Scripſit autem et titu
lum Pilatus & poſuit ſuper crucem: Erat au
tem ſcriptum: Ieſus nazarenus rex iudeorũ
Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorũ
quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifi
xus eſt Ieſus: et erat ſcriptum hebraice, græ
ce, et latine. Dicebant ergo Pilato pontifi
ces iudeorum. Noli ſcribere rex iudeorũ:

ſed quia ipſe dixit, rex ſum iudeorum. Re
ſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. Mili
tes ergo cum crucifixiſſent eum: acceperunt
veſtimenta eius: & fecerunt quatuor partes
vnicuiq; militi partem et tunicam. Erat au
tem tunica inconſutilis deſuper contexta per
totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non ſcin
damus eam ſed ſortiamur de illa cuius ſit:
vt ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſunt
veſtimenta mea ſibi: et in veſtem meam miſe
runt ſortem: Et milites quidem hæc fecerũt
Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius.
& ſoror matris eius Maria Cleophæ: &
Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo
Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem quẽ
diligebat, dixit matri ſuæ: Mulier ecce fili
us tuus: Deinde dixit diſcipulo. Ecce ma
ter tua. Et ex illa hora accepit eam diſci
pulus in ſuam. Poſtea ſciens Ieſus quia
iam omnia conſummata ſunt: vt conſũ
maretur ſcriptura dixit. Sitio. Vas autẽ
poſitum erat aceto plenum. Illi autem ſpõ
giam plenam aceto yſopo circumponen-

tes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſ-
ſet Ieſus acetum dixit. Conſummatum eſt
Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Iu-
dei ergo quoniam paraſceue erat, vt non
remanerent in cruce corpora ſabbato, erat
enim magnus dies ille ſabbati, rogauerunt
Pilatum vt frangerentur eorum crura et
tollerentur. Venerunt ergo milites: et pri-
mi quidem fregerunt crura: et alterius qui
crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cũ
veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum;
non fregerunt eius crura: ſed vnus militũ
lancea latus eius aperuit: & continuo exi-
uit ſanguis et aqua. Et qui vidit, teſtimo-
nium perhibuit, & verum eſt teſtimoniũ
eius. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos
credatis. Facta ſunt enim hæc vt ſcriptu-
ra impleretur. Os non comminuetis ex
eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Vide-
bunt in quem tranſfixerunt. Poſt hæc
autem rogauit Pilatum Ioſeph ab arima-
thia eo quod eſſet diſcipulus Ieſu: occultus
autẽ propt' metũ iudeorũ; vt tolleret corp'

Ieſu: et permiſit Pilatus. Venit ergo et tu-
lit corpus Ieſu. venit autem et Nichode-
mus qui venerat ad Ieſum nocte primum
ferens mixturam myrrhæ et aloes quaſi li-
bras centum. Acceperunt autem corpus
Ieſu et ligauerunt eum lintheis cum aro-
matibus: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. E-
rat autem in loco vbi crucifixus eſt hor-
tus: et in horto monumentum nouum i
quo nondum quiſq̃ poſitus fuerat. Ibi er-
go propter paraſceuem iudeorum quia
iuxta erat monumentum poſuerunt eum.
℣. Qui paſſus es pro nobis. ℟. Domine
miſerere nobis. ℣. Domine exaudi orati-
onem meam. ℟. Et clamor. Oratio.

Deus qui manus tuas et pedes
tuos et totum corpus tuum pro
nobis peccatoribus in ligno crucis poſuiſti
et coronam ſpineam a iudeis in deſpectu
tui ſacratiſſimi nominis ſuper caput tuũ
impoſitam ſuſtinuiſti: et quinq; vulnera
pro nobis peccatoribus in ligno crucis paſſ'
fuiſti: da nobis hodie et quotidie vſum pæ-

nitentiæ : abstinentiæ : patientiæ : humili
tatis : castitatis : lumen : sensum et intellec
tum : et puram conscientiam vsque in finē
Per te iesu christe saluator mundi. Qui in
trinitate perfecta viuis & regnas deus. Per
omnia secula seculorum. Amen.

Deuota contemplatio beatissimæ Mariæ virginis iuxta crucem filii lachrymantis.

STABAT mater dolorosa : iux
ta crucem lachrymosa : dum
pendebat filius. Cuius animam gemen
tem : contristatam et dolentem : pertransi
uit gladius. O q̄ tristis et afflicta fuit il
la benedicta : mater vnigeniti. Quæ mere
bat et dolebat : & tremebat cum videbat
nati pœnas incliti. Quis est homo qui nō
fleret christi matrem si videret in tanto
supplicio ? Quis posset non contristari
piam matrem contemplari : dolentem
cum filio ? Pro peccatis suæ gentis : vidit
Iesum in tormentis : & flagellis subditū.
Vidit suum dulcem natum : morientem

desolatum : dum emisit spiritum. Eya ma
ter fons amoris : me sentire vim doloris :
fac vt tecum lugeam. Fac vt ardeat cor
meum : in amando christum deum : vt si
bi complaceam. Sancta mater istud agas
crucifixi fige plagas : cordi meo valide.
Tui nati vulnerati : iam dignantis pro
me pati : vim amoris imprime. Fac me
vere tecum flere : crucifixo condolere : do
nec ego vixero. Iuxta crucem tecum stare
te libenter sociare : in planctu desidero. Vir
go virginum præclara : mihi iam non sis a
mara : fac me tecum plangere. Fac vt portē
christi mortem : passionis eius sortem : &
plagas recolere. Fac me plagis vulnerari :
cruce hac inebriari : ob amorem filii. In
flammatus et accensus : per te virgo sim de
fensus : in die iudicii. Fac me cruce custo
diri : morte christi præmuniri : confoueri
gratia. Quando corpus morietur : fac vt
animæ donetur paradisi gloria. Amen.
V. Tuam ipsius animam doloris gladius
pertransibit. R. Vt reuelentur ex multis cor

cordibus cogitationes. Oratio.



Nterueniat pro nobis quęſum' domine Ieſu chriſte nunc et ĩ hora mortis apud tuam clementiam beata virgo Maria mater tua: cuius ſacratiſſimã animam in hora tuæ paſſionis doloris gladius pertranſiuit. Per te Ieſu chriſte ſaluator mundi: Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuis et regnas deus: Per omnia ſecula ſeculorum. R Amen.

Oratio multum deuotã ad beatiſſimam virginem Mariam.



BSECRO te domina ſancta Maria mater dei pietate pleniſſima: ſummi Regis filia: mater glorioſiſſima: mater orphanorum: conſolatio deſolatorum via errantium: ſalus omnium in te ſperãtium. Virgo ante partum: virgo in partu et virgo poſt partum. Fons miſericordiæ fons ſalutis et gratiæ: fons conſolationis et indulgentiæ: fons pietatis et lætitiæ: Per illam ſanctam ineffabilem lætitiam qua exultauit ſpiritus tuus in illa hora quã do tibi per Gabrielem archangelum annuntiatus et conceptus filius dei fuit. Et per illud diuinum myſterium quod tunc operatus eſt ſpiritus ſanctus. Et per illã ineffabilem gratiam: pietatem: miſericordiam: amorem & humilitatem per quas filius tuus deſcendit accipere humanam carnem ĩ venerabiliſſimo vtero tuo. Et in quibus te reſpexit quando te commendauit ſancto Ioanni apoſtolo et euangeliſtæ: et quando te exaltauit ſuper choros angelorum. Et per illam ſanctam et ineffabilem humilitatem in qua tu reſpondiſti archangelo Gabrieli. Ecce ancilla domini fiat mihi ſecund' verbum tuum. Et per glorioſiſſima quindecim gaudia quæ habuiſti de filio tuo domino noſtro Ieſu chriſto: et per illam ſanctam et maximam compaſſionem et acerbiſſimum cordis dolorem quem habuiſti quando filium tuum dominum noſtrũ Ieſum chriſtum ante crucem nudatum et ĩ ipſa leuatum vidiſti pendentem crucifixũ

vulneratum : ſitientem : fel apponi : clamantẽ
audiſti : & morientem vidiſti. Et per quinq;
vulnera filii tui : & per contractionem viſce
rum tuorum præ nimio dolore vulnerum ſu
orum. Et per dolorem quem habuiſti quan.
do vidiſti eum vulnerari. Et per fontes ſan
guinis ſui : & per omnem paſſionem eius : et
per dolorem cordis tui : & per fontes lachry
marum tuarum : vt cum omnibus ſanctis
et electis dei : venias & feſtines in auxilium
meum : in omnibus orationibus et requeſtis
meis : et in omnibus anguſtiis & neceſſita
tibus meis. Et in omnibus illis rebus in qui.
bus ego ſum facturus, locuturus, aut cogita
turus omnibus diebus ac noctibus : horis
atq; momentis vitæ meæ. Et mihi famulo
tuo impetres a dilecto filio tuo virtutum cõ
plementum cum omni miſericordia & cõ
ſolatione : omni conſilio : omni adiutorio
omni benedictione & ſanctificatione : om
ni ſaluatione : pace et proſperitate : omni
gaudio & alacritate : etiam abundantiam
omnium bonorum ſpiritualium & corpo

ralium. Et gratiam ſancti ſpiritus qui me be-
ne per omnia diſponat : animam meam cu-
ſtodiat : corpus meum regat : mentem erigat
mores componat : actus probet : vota et deſi-
deria mea perficiat : cogitationes ſanctas in-
ſtituat : præterita mala indulgeat : preſen-
tia emendet : futura moderetur. Vitam hone-
ſtam & honorabilem mihi tribuat : fidem
ſpem : charitatem : caſtitatem : humilitatem
et patientiam mihi tribuat. Quinq; ſenſus
corporis mei regat & protegat. Septem ope-
ra miſericordiæ complere me faciat. Duo-
decim articulos fidei & decem præcepta
legis firmiter tenere et credere me faciat.
Et a ſeptem peccatis criminalibus me libe-
ret & defendat vſque in finem. Et in no
uiſſimis diebus meis oſtende mihi faciem
tuam et annunties mihi diem & horam o-
bitus & mortis meæ. Et hanc orationem
ſupplicem ſuſcipias & exaudias : et vitam æ-
ternam mihi tribuas. Audi et exaudi me dul-
ciſſima virgo Maria mater dei et miſericor
diæ. AMEN.

OMINE Labia mea aperies t os meum annuntiabit laudem tuam
eus in adiutoriu meum intende
omine ad adiuuandum me feſtina
loria patri et filio: et ſpiritui ſancto
icut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum: Amen. Alleluia. Et dicitur Alleluia a paſcha vſq; ad ſeptuageſimam. Et a ſeptuageſima vſque ad paſcha dicitur. Laus tibi domine rex æterna gloriæ. [illegible] Aue Maria gratia plena: Dominus tecum. Aue Maria gratia plena. psalmus
ENITE Exultemus domino:



iubilemus deo salutari nostro: præoccupe-
mus faciem eius in confessione: & in ps
almis iubilemus ei. Aue Maria gratia
plena: Dominus tecum
Quoniam deus magnus dominus
& rex magnus super omnes deos: quo
niam non repellet dominus plebem su-
am: quia in manu eius sunt omnes fines
terræ: & altitudines montium ipse con-
spicit. Dominus tecum
Quoniam ipsius est mare & ipse fe
cit illud: & aridam fundauerunt ma-
nus eius: venite adoremus & procida
mus ante deum: ploremus coram do-
mino qui fecit nos: quia ipse est domi-
nus deus noster: nos autem populus eiꝰ
et oues pascuæ eius. Aue Maria gratia
plena: Dominus tecum
Hodie si vocem eius audieritis: noli-
te obdurare corda vestra sicut in exacerba
tione secundum diem tentationis in de-
serto: vbi tentauerunt me patres vestri: &
probauerunt & viderunt opera mea. Do-

minus tecum
Quadraginta annis proximus fui
generationi huic, et dixi. semper hi errāt
corde: ipsi vero non cognouerunt vias me
as: quibus iuraui in ira mea: si introibunt
in requiem meam. Aue Maria gratia ple
na: dominus tecum Gloria patri et fi
lio: et spiritui sancto Sicut erat in prin
cipio et nunc et semper: et in secula seculo
rum. Amen. Dominus tecum. Aue Ma
ria gratia plena: dominus tecum hymnꝰ
QVEM Terra: pontus: æthera: co
lunt. adorant: prædicant. tri-
nam regentem machinam: claustrū Ma
riæ baiulat Cui luna. sol. et omnia
deseruiunt per tempora: perfusa cœli gra
tia: gestant puellæ viscera.
Beata mater munere: cuius supernus
artifex: mundum pugillo continens: vē
tris sub archa clausus est
Beata cœli nuntio: fœcunda sancto
spiritu: desyderatus gentibus: cuius per
aluum fusus est.



Maria mater gratiæ mater misericordiæ tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen.

Pſalmi ſequentes dicuntur ad matutinum die dominico, die lunæ: & die Iouis. Antiphona. Benedicta tu. Pſalmus

DOMINE Dominus noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra.

Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cœlos.

Ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum et vltorem.

Quoniam videbo cœlos tuos: opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quod memor es eius aut filius hominis: quoniam viſitas eum.

Minuiſti eum paulominus ab angelis, gloria, & honore coronaſti eum:

& conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi.

Volucres cœli et piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.

Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Gloria patri. A. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus vētris tui. A. Sicut myrrha. Pſalmus.

CEli enarrant gloriam dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gigas ad currendā viam, a ſummo cœlo egreſſio eius.



Et occurſus eius vſque ad ſummũ eius
nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius
Lex domini immaculata conuertens
animas teſtimonium domini fidele: ſapiē
tiam præſtans paruulis:
Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes cor
da. præceptum domini lucidum illumi
nans oculos Timor domini ſanctus
permanet in ſeculum ſeculi. iudicia domi
ni vera: iuſtificata in ſemetipſa:
Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem
pratioſum multum: & dulciora ſuper mel
& fauum Etenim ſeruus tuus cuſtodit
ea in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit ab occultis
meis munda me: & ab alienis parce ſeruo
tuo Si mei non fuerint dominati, tūc
immaculatus ero: & emundabor a delic
to maximo
Et erunt vt complaceant eloquia oris
mei, & meditatio cordis mei in conſpectu
tuo ſemper Domine adiutor meus &
redemptor meus

Gloria patri. A Sicut myrrha electa
odorem dediſti ſuauitatis ſancta dei ge
nitrix. A Ante thorum. pſalmus
DOmini eſt terra & plenitudo
eius, orbis terrarum, & vni
uerſi qui habitant in eo
Quia ipſe ſuper maria fundauit e
um: & ſuper flumina præparauit eum
Quis aſcendet in montem domini
aut quis ſtabit in loco ſancto eius
Innocens manibus & mundo cor
de qui non accepit in vano animam ſuā
nec iurauit in dolo proximo ſuo
Hic accipiet benedictionem a domi
no: & miſericordiam a deo ſalutari ſuo
Hæc eſt generatio quærentium eum
quærentium faciem dei iacob
Attollite portas prīcipes vr̄as et eleua
mini portæ æternales: & introibit rex glo
riæ Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus
fortis & potens, dominus potens ī prælio
Attollite portas principes veſtras, et
eleuamini portæ æternales & introibit r



rex gloriæ Quis est iste rex gloriæ?
dominus virtutum ipse est rex gloriæ
Gloria patri. A Ante thorum hu
ius virginis frequentate nobis dulcia cā
tica dragmatis. V Diffusa est gratia in
labiis tuis. R Propterea benedixit te de
us in æternum. Pater noster. Et ne nos
Absolutio Precibus & meritis vt sequi
tur post. Psalmi sequentes dicuntur
ad matutinum die martis & die veneris.
Antiphona. Specie tua. Psalmus.
Eructauit cor meum ver
bum bonum: dico ego o
pera mea regi Lingua
mea calamus scribæ: velociter scribentis
Speciosus forma præ filiis hominū
diffusa est gratia in labiis tuis: propterea
benedixit te deus in æternum
Accingere gladio tuo super femur tu
um potentissime
Specie tua & pulchritudine tua: in
tende prospere procede & regna
Propter veritatem et mansuetudinē

et iustitiam & deducet te mirabiliter dexte
ra tua Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te
cadent in corda inimicorum regis
Sedes tua deus in seculum seculi, vir
ga directionis virga regni tui
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē
propterea vnxit te deus, deus tuus oleo læti
tiæ præ consortibus tuis
Myrrha, et gutta, et casia à vestimentis
tuis, a domibus eburneis ex quibus delecta
uerunt te filiæ regum in honore tuo
Astitit regina a dextris tuis in vestitu
deaurato, circundata varietate.
Audi filia et vide et inclina aurem tu
am, et obliuiscere populum tuum: et do
mum patris tui
Et concupiscet rex decorem tuum:
quoniam ipse est dominus deus tuus et a
dorabunt eum
Et filiæ tyri in muneribus vultum tu
um deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filiæ regis abintus i
fimbriis aureis, circumamicta varietatibus

Adducentur regi virgines poſt eam
proximæ eius afferentur tibi
Afferentur in lætitia & exultatione
adducentur in templum regis
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii:
conſtitues eos principes ſuper omnem ter-
ram Memores erunt nominis tui domi-
ne: in omni generatione & generationem
Propterea populi confitebuntur tibi ĩ
æternum, & in ſeculum ſeculi
Gloria patri. A Specie tua & pulch-
tudine tua: intende proſpere procede &
regna. A Adiuuabit eam. pſalmus
DEus noſter refugium & virtus
adiutor in tribulationibus quæ
inuenerunt nos nimis
Propterea non timebimus dum tur-
babitur terra: & tranſferentur montes in
cor maris Sonuerunt & turbatæ ſũt
aquæ eorum: conturbati ſunt montes in
fortitudine eius
Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ
dei. ſanctificauit tabernaculum ſuum al-

tiſſimus Deus in medio eius non com-
mouebitur. adiuuabit eam deus mane di-
luculo Conturbatæ ſunt gentes & in-
clinata ſunt regna. dedit vocem ſuam mo-
ta eſt terra
Dominus virtutum nobiſcum: ſu-
ſceptor noſter deus iacob
Venite & videte opera domini, quæ
poſuit prodigia ſuper terram, auferens ĩ
bella vſq; ad finem terræ
Arcum conteret, et confringet arma,
& ſcuta comburet igni
Vacate & videte quoniam ego ſum
deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor
in terra Dominus virtutum nobiſcum
ſuſceptor noſter deus iacob
Gloria patri. A Adiuuabit eam de-
us vultu ſuo, deus in medio eius non com-
mouebitur. A Sicut lætantium. pſalmus
FVndamenta eius in montibus
ſanctis diligit dominus portas
ſion: ſuper omnia tabernacula iacob
Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas dei

Memor ero raab, & babylonis: ſcien
tium me Ecce alienigenæ, et tyrus, et
populus ęthiopum, hi fuerunt illic
Nunquid ſion dicet homo: et homo
natus eſt in ea: et ipſe fundauit eam altiſſi
mus Dominus narrabit in ſcripturis
populorum, et principum horum qui
fuerunt in ea
Sicut lætantium omnium, habitati
o eſt in te. Gloria patri. A. Sicut lætã
tium omnium noſtrum habitatio eſt in
te ſancta dei genitrix. V. Diffuſa eſt grã
in labiis tuis. R. Propterea benedixit te de
us in æternum. Pater noſter. Et ne nos. Sed
libera nos a malo. Abſolutio
Precibus & meritis. vt ſequitur poſt
Pſalmi ſequentes dicuntur ad ma
tutinum die Mercurii et die Sabbati.
Antiphona. Gaude Maria. Pſalmus.
Cantate domino canticum
nouum: cantate domino
omnis terra Cantate do
mino, & benedicite nomini eius: annun-

tiate de die in diem ſalutare eius
Annuntiate inter gentes gloriam e-
ius: in omnibus populis mirabilia eius
Quoniam magnus dominus: et lauda
bilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos
Quoniam omnes dii gentium dæmo
nia: dominus autem cœlos fecit
Confeſſio et pulchritudo in conſpectu
eius: ſanctimonia & magnificentia in ſã
ctificatione eius
Afferte domino patriæ gentium: af-
ferte domino gloriam et honorem: affer-
te domino gloriam nomini eius
Tollite hoſtias: & introite in atria e
ius: adorate dominum in atrio ſancto
eius Commoueatur a facie eius vniuer
ſa terra: dicite in gentibus quia dominus
regnauit Etenim correxit orbem terræ
qui non commouebitur: iudicabit popu-
los in æquitate
Lætentur cœli, & exultet terra, com
moueatur mare et plenitudo eius: gaude
bunt campi, et omnia quæ in eis ſunt:



Tvnc exultabunt omnia ligna ſilua
rum a facie domini quia venit, quoniã
venit iudicare terram
Ivdicabit orbem terræ in æquitate : &
et populos in veritate ſua
Gloria patri et filio : et ſpiritui ſancto
Sicut erat. A Gaude Maria virgo :
cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuer
ſo mundo. A Dignare me. Pſalmus.
DOMINVS Regnauit exultet
terra : lætentur inſulæ multæ
Nvbes & calligo in circuitu eius, iu
ſtitia et iudicium correctio ſedis eius
Ignis ante ipſum præcedet : & inflã
mabit in circuitu inimicos eius
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ :
vidit et commota eſt terra
Montes ſicut cera fluxerunt a facie
domini : a facie domini omnis terra
Annuntiauerunt cœli iuſtitiam eius
& viderunt omnes populi gloriam e-
ius Confundantur omnes qui a-
dorant ſculptilia : et qui gloriantur in

ſimulachris ſuis Adorate eum omnes
angeli eius ; audiuit et lætata eſt ſion
Et exultauerunt filiæ iudæ : propter
iudicia tua domine
Qvoniam tu dominus altiſſimus
ſuper omnem terram : nimis exaltatus
es ſuper omnes deos
Qvi diligitis dominum odite malũ
cuſtodit dominus animas ſanctorum ſu
orum : de manu peccatoris liberabit eos
Lvx orta eſt iuſto : & rectis corde læ
titia Lætamini iuſti in domino : &
confitemini memoriæ ſanctificationis e
ius Gloria patri et filio : & ſpiritui ſã
cto Sicut erat. A Dignare me lauda
re te virgo ſacrata da mihi virtutem con
tra hoſtes tuos : A Poſt partum. pſalmus
CANTATE Domino canticum no
uum : quia mirabilia fecit
Saluauit ſibi dextera eius : & brachi
um ſanctum eius
Notum fecit dominus ſalutare ſuum
in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam



suam Recordatus est misericordiæ suæ et
veritatis suæ domui israel
Viderunt omnes termini terræ: salu
tare dei nostri Iubilate deo omnis ter
ra: cantate, et exultate et psallite
Psallite domino in cithara, in cithara
ra et voce psalmi, in tubis ductilibus, & vo
ce tubæ corneæ
Iubilate in conspectu regis domini:
moueatur mare et plenitudo eius: orbis ter
rarum: et qui habitant in eo
Flumina plaudent manu, simul mo
tes exultabunt a conspectu domini: quoniã
venit iudicare terram
Iudicabit orbem terrarum in iustitia
et populos in æquitate
Gloria patri. A. Post partum virgo
inuiolata permansisti: dei genitrix intercede
pro nobis. V. Diffusa est gratia in labiis tu
is. R. Propterea benedixit te deus in æternũ
Pater noster. Et ne nos. Absolutio.
PRECIBVS Et meritis beatæ Mariæ
virginis & omnium sanctorum

perducat nos dominus ad regna cœlorum.
R. Amen. V. Iube domine benedicere.
Benedictio. Nos cum prole pia benedicat
virgo Maria. R. Amen. Lectio prima.
IN omnibus requiem quæsiui,
et in hæreditate domini mora
bor. tunc præcepit & dixit mihi creator
omnium et qui creauit me, requieuit in ta
bernaculo meo. et dixit mihi: In Iacob in
habita, et in israel hæreditare, et in electis
meis mitte radices. Tu autem domine mi
serere nostri. R. Deo gratias. R. Sancta
et immaculata virginitas, quibus te lau
dibus efferam nescio, quia quem cœli ca
pere non poterant tuo gremio contulisti.
V. Benedicta tu in mulieribus, & benedi
ctus fructus ventris tui. R. Quia quem cœ
li capere non poterant. V. Iube domine be
nedicere. Bened. In omni tribulatione et
angustia succurrat nobis virgo Maria. R.
Amen. Lectio Secunda.
ET sic in sion firmata sum, et ĩ ci
uitate sanctificata similiter requieui, & in

hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in
populo honorificato, et in partes dei
mei hæreditas illius, & in plenitudine
ſanctorum detentio mea. Tu autem do
mine miſerere noſtri. R. Deo gratias R.
Beata es virgo Maria, quæ dominum
portaſti creatorem mundi. genuiſti qui
te fecit, & in æternum permanes virgo.
V. Aue Maria gratia plena dominus
tecum. R. Genuiſti qui te fecit & in æ
ternum permanes virgo. V. Iube domi
ne benedicere. Bened. Per virginem ma
trem concedat nobis dominus ſalutem
& pacem. R. Amen. Lectio tertia.

QVaſi cedrus exaltata ſum in li
bano: & quaſi cypreſſus in mõ
te ſion. Quaſi palma exaltata ſum in ca
des: & quaſi plantatio roſæ in hierico.
Quaſi oliua ſpecioſa in campis: & quaſi
platanus exaltata ſum iuxta aquas. In pla
teis ſicut cinamomum: & balſamum aro
matizans odorem dedi: quaſi myrrha e
lecta dedi ſuauitatem odoris. Tu autẽ do

mine miſerere noſtri. R. Deo gratias.
R. Felix nanq; es ſacra virgo maria, et
omni laude digniſſima: quia ex te or
tus eſt ſol iuſtitiæ chriſtus deus noſter.
V. Ora pro populo, interueni pro clero ĩ
tercede pro deuoto fœmineo ſexu. ſenti
ant omnes tuum iuuamen, quicunq; ce
lebrant tuam ſanctam commemoratio
nem. R. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ
chriſtus deus noſter. V. Gloria patri et
filio & ſpirituiſancto. R. Chriſtus de
us noſter. Hymnus ſanctorum Am
broſii & Auguſtini.

TE deum laudamus: te dominũ
confitemur. Te æternum
patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi cœli & vniuẽ
ſæ poteſtates. Tibi cherubim, & ſera
phim: inceſſabili voce proclamant.
Sanctus Sanctus Sanctus
dominus deus ſabaoth.
Pleni ſunt cœli & terra maieſtatis
gloriæ tuæ. Te glorioſus apoſtolorũ

chorus Te prophetarum laudabilis
numerus Te martyrum candidatus
laudat exercitus Te per orbem terrarũ
ſancta confitetur ecclesia
Patrem immenſæ maieſtatis
Venerandum tuum verum: et vnicũ
filium Sanctum quoq; paraclitum
ſpiritum Tu rex gloriæ chriſte
Tu patris ſempiternus es filius
Tu ad liberandum ſuſcepturus ho
minem non horruiſti virginis vterum
Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti
credentibus regna cœlorum
Tu ad dexteram dei ſedes: in gloria
patris Iudex crederis eſſe venturus
Te ergo quæſumus famulis tuis ſub
ueni: quos pretioſo ſanguine redemiſti
Æterna fac cum ſanctis tuis in glo
ria numerari
Saluum fac populum tuum domine
et benedic hæreditati tuæ
Et rege eos: & extolle illos vſque in
æternum Per ſingulos dies benedici

imus te Et laudamus nomen tuum
in ſeculum: et in ſeculum ſeculi
Dignare domine die iſto: ſine pecca
to nos cuſtodire Miſerere noſtri domi
ne: miſerere noſtri
Fiat miſericordia tua domine ſuper
nos: quemadmodum ſperauimus in te
In te domine ſperaui: non confundar
in æternum

ADLAVDESDEBEAT
ISSIMAVIRGI
NEMARIADE
IGENITRI
CE.

A D L A V D E

DEVS In adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. A Assumpta est. psalm.

DOMINVS Regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem & præcinxit se. Etenim firmauit orbem terræ: qui nõ commouebitur. Parata sedes tua, ex tunc a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis ĩ

altis dominus Testimonia tua credibili
a facta sunt nimis. domum tuam decet san
ctitudo domine in longitudinem dierum
Gloria patri. A Assumpta est Maria ĩ
cœlum gaudẽt angeli: laudãtes benedicũt domi-
num. A Maria virgo. [illegible] Psalmus
IUBILATE Deo omnis terra ser
uite domino in lætitia.
Introite in conspectu eius: in exultati
one. Scitote quoniam dominus ipse ẽ
deus: ipse fecit nos & non ipsi nos
Nos autem populus eius. et oues pascue
eius. introite portas eius in confessione. atria
eius in hymnis confitemini illi
Laudate nomen eius quoniam suauis
est dominus: in æternum misericordia eius:
et vsque in generatione & generationem veri
tas eius Gloria patri. A Maria virgo as
sumpta est ad æthereum thalamum. in quo
rex regum stellato sedet solio. A In odorem
vnguentorum tuorum. [illegible] Psalmus.
DEUS Deus meus ad te de luce vigi
lo Sitiuit in te anima mea: q̃

multipliciter tibi caro mea
In terra deserta inuia et inaquosa. sic
in sancto apparui tibi. vt viderem virtutem tu
am et gloriam tuam
Quoniam melior est misericordia tua su
per vitas: labia mea laudabunt te
Sic benedicam te in vita mea: et in nomi
ne tuo leuabo manus meas
Sicut adipe et pinguedine repleatur a
nima mea: et labiis exultationis laudabit
os meum Si memor fui tui super stratũ
meum: in matutinis meditabor in te: quia
fuisti adiutor meus
Et in velamento alarum tuarum exul
tabo. adhæsit anima mea post te: me susce
pit dextera tua
Ipsi vero in vanum quæsierunt animã
meam: introibunt in inferiora terræ: traden-
tur in manus gladii partes vulpium erunt
Rex vero lætabitur in deo: laudabunt
omnes qui iurant in eo: quia obstructum
est os loquentium iniqua
DEUS MISEREATUR nostri et be-



nedicat nobis : illuminet vultum ſuper
nos & miſereatur noſtri :
Et cognoſcamus in terra viam tuam
in omnibus gentibus ſalutare tuum
Confiteantur tibi populi deus confite
antur tibi populi omnes
Lætentur & exultent gentes . quoniã
iudicas populos in æquitate . & gentes in
terra dirigis
Confiteantur tibi populi deus confite
antur tibi populi omnes : terra dedit fruc
tum ſuum Benedicat nos deus deus
noſter benedicat nos deus : & metuant eũ
omnes fines terræ
Gloria patri . A In odorem vnguētorũ
tuorum currimus adoleſcentulę dilexerũt
te nimis . A Benedicta [illegible]
BENEDICITE puerorum .
omnia opera domini domino :
laudate et ſuperexaltate eum in ſecula
Benedicite angeli domini domino :
benedicite cœli domino
Benedicite aquæ omnes quæ ſuper

cœlos ſunt domino : benedicite omnes vir
tutes domini domino
Benedicite ſol et luna domino : bene
dicite ſtellæ cœli domino
Benedicite imber & ros domino : be-
nedicite omnis ſpiritus dei domino
Benedicite ignis et æſtus domino : be
nedicite frigus et æſtas domino
Benedicite rores et pruina domino :
benedicite gelu et frigus domino
Benedicite glacies et niues domino :
benedicite noctes et dies domino
Benedicite lux & tenebræ domino :
benedicite fulgura et nubes domino
Benedicat terra dominum : laudet
et ſuperexaltet eum in ſecula
Benedicite montes & colles domino
benedicite vniuerſa germinantia in terra
domino
Benedicites fontes domino : benedici
te maria & flumina domino
Benedicite cete et omnia quæ mouen-
tur in aquis domino : benedicite omnes

volucres cœli domino

Benedicite omnes beſtiæ & pecora do
mino: benedicite filii hominum domino

Benedicat iſrael dominum: laudet &
ſuperexaltet eum in ſecula

Benedicite ſacerdotes domini domi
no: benedicite ſerui domini domino

Benedicite ſpiritus et animæ iuſtorum
domino: benedicite ſancti & humiles cor
de domino

Benedicite Anania. Azaria. Miſel do
mino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecu
la Benedicamus patrem & filium cũ
ſancto ſpiritu: laudemus & ſuperexalte
mus eum in ſecula

Benedictus es domine in firmamẽ
to cœli: & laudabilis & glorioſus & ſu
perexaltatus in ſecula. Amen. A Benedi
cta filia tu a domino: quia per te fructum
vitæ communicauimus. A Pulchra. pſal

LAVDATE Dominum de cœlis
laudate eum in excelſis

Laudate eum omnes angeli eius: lau
date eum omnes virtutes eius

Laudate eum ſol et luna: laudate
eum omnes ſtellę & lumen

Laudate eum cœli cœlorum. et aquæ
omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent no
men domini Quia ipſe dixit. & facta
ſunt: ipſe mandauit et creata ſunt

Statuit ea in æternum, et in ſeculum
ſeculi. præceptum poſuit et non præteribit

Laudate dominũ de terra dracones
et omnes abyſſi Ignis, grando, nix, &
glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt
verbum eius Montes & omnes colles. li
gna fructifera, et omnes cedri

Beſtiæ et vniuerſa pecora. ſerpentes, et
volucres pennatæ Reges terræ et omnes
populi, principes. et omnes iudices terræ

Iuuenes et virgines ſenes cum iuniori
bus laudent nomen domini. quia exaltatũ
eſt nomen eius ſolius

Confeſſio eius ſuper cœlum et terram:
et exaltauit cornu populi ſui

Hymnus omnibus ſanctis eius: filiis

iſrael populo appropinquanti ſibi
CAntate domino canticum no
uum, laus eius in eccleſia ſan
ctorum Lætetur iſrael in eo qui fecit
eum, & filiæ ſion exultent in rege ſuo
Laudent nomen eius in choro, in tȳ
pano & pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitum eſt domino ĩ po
pulo ſuo, & exaltauit manſuetos in ſalutē
Exultabunt ſancti in gloria, lætabū
tur in cubilibus ſuis Exultationes dei
in gutture eorum: & gladii ancipites ĩ ma
bus eorum Ad faciendam vindictam
in nationibus, increpationes in populis
Ad alligandos reges eorum in comp
dibus: & nobiles in manicis ferreis
Vt faciant in eis iudicium conſcriptū
gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius
LAudate dominū in ſanctis eiꝰ
laudate eum in firmamento v
tutis eius. Laudate eum in virtutibus
eius: laudate eum ſecundum multitudinē
magnitudinis eius Laudate eum ĩ ſo

no tubæ: laudate eum pſalterio & citha
ra Laudate eum in tympano et cho
ro: laudate in chordis et organo
Laudate eum cymbalis beneſonanti
bus: laudate eum in cymbalis iubilatio
nis: omnis ſpiritus laudet dominum
Gloria patri. A Pulchra es et decora
filia hieruſalem, terribilis vt caſtrorum a
cies ordinata. Capitulum
VIDERVNT Eam filiæ ſion: et
beatiſſimam prædicauerunt, et
reginæ laudauerunt eam. R. Deo gratias
O GLORIOSA Domina hymnꝰ
excelſa ſupra ſydera, qui te cre
auit prouide, lactaſti ſacro vbere
Quod Eua triſtis abſtulit: tu reddis
almo germine. intrent vt aſtra flebiles, cœ
li feneſtra facta es
Tu regis alti ianua, et porta lucis ful
gida. vitam datam per virginem, gentes re
demptæ plaudite
Gloria tibi domine: qui natus eſt de
virgine, cum patre & ſancto ſpiritu in ſ

ſempiterna ſecula. Amen. V. Benedicta
tu in mulieribus. R. Et benedictus fru
ctus ventris tui. A. Beata dei genitrix.
Canticum Zacharie.
BENEDICTUS Dominus deus
iſrael: quia viſitauit et fecit re-
demptionem plebis ſue
Et erexit cornu ſalutis nobis. in domo
Dauid pueri ſui Sicut locutus eſt per os
ſanctorum: qui a ſeculo ſunt prophetarũ
eius Salutem ex inimicis noſtris: et de
manu omnium qui oderunt nos
Ad faciendam miſericordiam cum pa-
tribus noſtris: et memorari teſtamenti ſui
ſancti Iuſiurandum quod iurauit ad
Abraam patrem noſtrum: daturum ſe nobis
Ut ſine timore de manu inimicorum
noſtrorum liberati: ſeruiamus illi
In ſanctitate et iuſtitia coram ipſo:
omnibus diebus noſtris
Et tu puer propheta altiſſimi vocabe-
ris: præibis enim ante faciem domini para-
re vias eius Ad dandam ſcientiam ſa-
lutis plebi eius: in remiſſionem peccatorũ
eorum Per viſcera miſericordiæ dei
noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex al-
to Illuminare iis qui in tenebris et
in vmbra mortis ſedent: ad dirigẽdos pedes
noſtros in viam pacis
Gloria patri. A. Beata dei genitrix
virgo Maria perpetua, templum domini
ſacrarium ſpiritus ſancti. ſola ſine exem-
plo placuiſti domino noſtro Ieſu chriſto
ora pro populo intercede pro deuoto fœ-
mineo ſexu. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon
kyrie eleiſon. V. Domine exaudi oratio-
nem meam. R. Et clamor meus ad te ve-
niat. Oremus. Oratio.
DEUS Qui de beatæ Mariæ vir-
ginis vtero verbum tuum an-
gelo nuntiante carnem ſuſcipere voluiſti
præſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam
dei genitricem credimus. eius apud te
interceſſionibus adiuuemur. Per chriſtũ
dominum noſtrum. R. Amen.
Commemoratio de ſanctis. Añ.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omnium q3 salute. V Laetamini in domino & exultate iusti R
Et gloriamini omnes recti corde.

P Rotege domine populum tuum, & apostolorum tuorum Petri & Pauli: et aliorum apostolorum patrocinio confidentem: perpetua defensione conserua.

O Mnes sancti tui quaesumus domine nos vbique adiuuent vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus, & pacem tuam nostris concede temporibus, et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Iter, actus & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone, benefactoribus nostris sempiterna bona retribue, & omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat V
Benedicamus domino. R Deo gratias

V Fidelium animae per misericordiam dei requiescant in pace. R. Amen.

AD PRIMAM DE BEATISSIMA VIRGINE MARIA DEI GENITRICE

V [illegible] R [illegible] S [illegible] V [illegible] S

DEVS IN ADIVTORIVM ME
um intende
Domine ad adiuuan
dum me festina. Gloria. hy.
MEMENTO salutis autor, quod
nostri quondam corporis: ex illibata vir

gine nascendo formam sumpseris
Maria mater gratiæ: mater misericor
diæ: tu nos ab hoste protege: et hora mortis
suscipe. Gloria tibi domine qui natus
es de virgine: cum patre et sancto spiritu: i
sempiterna secula. Amen. A. Assumpta est.
DEVS In nomine tuo saluum ps.
me fac: et in virtute tua iudica
me. Deus exaudi orationem meam auri
bus percipe verba oris mei
Quoniam alieni insurrexerunt aduer
sum me: et fortes quæsierunt animam meã
et non proposuerunt deum ante conspectũ
suum. Ecce enim deus adiuuat me: et
dominus susceptor est animæ meæ.
Auerte mala inimicis meis: et in veri
tate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi et confite
bor nomini tuo domine: quoniam bonũ
est. Quoniam ex omni tribulatione eri
puisti me: et super inimicos meos despexit
oculus meus. Gloria patri et filio: &
spiritui sancto. Sicut erat in principio

et nunc et semper: & in se se. Psalmus

BENEDIXISTI Domine terrã tuam: auertisti captiuitatem iacob Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuam a nobis Nunquid in æternum irasceris nobis aut extendes iram tuam a generatione in generationem Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam Et super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax osculate sũt

Veritas de terra orta est & iustitia de cœlo prospexit Etenim dominus dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos Gloria patri. psal

LAUDATE Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum Gloria patri

A. Assumpta est Maria in cœlum gaudent angeli: laudantes benedicunt dominum. Capitulum

QVE Est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens: pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. R. Deo gratias. Ver. Dignare me laudare te virgo sacrata. R. Da mihi virtutem contra hostes tuos. kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. oro

DEVS Qui virginalem aulam beatæ Mariæ virginis in qua habitares eligere dignatus es: da quæsumus vt sua nos defensione munitos: iucundos suæ facias interesse commemorationi. Qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen. De omnibus sanctis. Antiphona.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

EXAVDI Nos deus salutaris noster: et apostolorum tuorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum nostuere præsidiis: quorum donasti fideles esse doctrinis. Oratio de omnibus sanctis.

OMNES Sancti tui quæsumus domine nos vbique adiuuent, vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus: et pacem tuam nostris concede temporibus: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Iter, actus, et voluntates nostras et omnium famulorum tuorum in

salutis tuæ prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: et omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animæ per misericordiam dei requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Et nos cum ipsis viuamus et requiescamus in pace. ℟. Amen.

AD TERTIAM DE BEATIS
SIMA VIRGINE MA
RIA DEI GENI
TRICE

DEVS IN ADIVTORIVM
meum intende
Domine ad adiu
uandum me festina.
Gloria patri Sicut erat hym[9]
MEMENTO Salutis autor, quod
nostri quondam corporis: ex
illibata virgine: nascendo formam sump
seris Maria mater gratiæ mater mi
sericordiæ: tu nos ab hoste protege: &
hora mortis suscipe
Gloria tibi domine qui natus es de
virgine: cum patre et sancto spiritu: in
sempiterna secula. Amen. A Maria vgo
AD DOMINVM cum. psalm[9]
tribularer clamaui: & exau
diuit me Domine libera animam
meam a labiis iniquis: & a lingua dolosa

Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi : ad linguam dolosam.
Sagittæ potentis acutæ cum carbonib[us]
desolatoriis Heu mihi quia incolatus
meus prolongatus est habitaui cum habitã
tibus cedar: multum incola fuit anima me
a Cum iis qui oderunt pacem eram pa
cificus : cum loquebar illis impugnabant
me gratis Gloria patri et filio et spiri
tui sancto Sicut erat in principio et
nunc et sempe[r] : et in secula se. psalmus.

LEVAVI Oculos meos in montes
vnde veniet auxilium mihi
Auxilium meum a domino : qui fe
cit cœlum & terram
Non det in commotionem pedem
tuum : neq[ue] dormitet qui custodit te
Ecce non dormitabit neq[ue] dormiet
qui custodit israel
Dominus custodit te : dominus pro
tectio tua : super manum dexteram tuam
Per diem sol non vret te : neque lu
na per noctem Dominus custodit te

te ab omni malo : custodiat animam tuã do
minus Dominus custodiat introitum
tuum & exitum tuum : ex hoc nunc et vsq[ue]
in seculum Gloria patri. Psalmus.

LETATVS Sum in iis quæ dicta
sunt mihi : in domum domi
ni ibimus Stantes erant pedes nostri :
in atriis tuis hierusalem
Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas
cuius participatio eius in idipsum
Illuc enim ascenderunt tribus tribus
domini : testimonium israel. ad confiten
dum nomini domini
Quia illic sederunt sedes in iudicio
sedes super domum dauid
Rogate quæ ad pacem sunt hierusa
lem : et abundantia diligentibus te
Fiat pax in virtute tua : et abundan
tia in turribus tuis
Propter fratres meos & proximos
meos : loquebar pacem de te
Propter domum domini dei no
stri : quæsiui bona tibi Gloria patri.

A Maria virgo aſſumpta eſt ad æthereũ thalamum : in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio . Capitulum .

ET SIC in ſion firmata ſum , et in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui : et in hieruſalem poteſtas mea . R. Deo gratias . V. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis . R. Propterea benedixit te deus in æternum . kyrie eleiſon : Chriſte eleiſon : kyrie eleiſon . V. Domine exaudi orationem meam . R. Et clamor meus ad te veniat . Oremus . Oratio .

DEVS Qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti tribue quæſumus vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus , per quam meruimus autorem vitæ ſuſcipere dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum . R Amen

Commemoratio de ſanctis . Añ . Sancti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omnium que ſalute . V. Lætamini in domino & exultate iuſti . R. Et gloriamini omnes recti corde

PROTEGE domine populum tuum : et apoſtolorum tuorũ Petri et Pauli : et aliorum apoſtolorum patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua :

OMnes ſancti tui queſumus domine nos vbiq; adiuuent : vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus : et pacem tuam noſtris cõcede temporibus : et ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam : iter actus et voluntates noſtras : et omnium famulorum tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone : benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue et omnibus fidelib⁹ defunctis requiem eternam concede . Per dominum noſtrum Ieſum chriſtũ filium tuum . qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus : per omnia ſecula ſeculorum Amen .

AD SEXTAM DE BEATISSIMA
VIRGINE MARIA DEI
GENITRICE

V E S V S

DEVS In adiutorium meū
intende Domine ad
adiuuandum me festina
Gloria patri hymnus
MEMENTO salutis autor quod
nostri quondam corporis ex illi
bata virgine nascendo formā sumpseris
Maria mater gratiæ mater misericor
diæ tu nos ab hoste protege et hora mortis
suscipe Gloria tibi domine qui natus
es de virgine cum patre et sancto spiritu ī
sempiterna secula. Amen A In odorem.
AD TE Leuaui oculos meos psalm⁹
qui habitas in cœlis
Ecce sicut oculi seruorum in manibus
dominorum suorum
Sicut oculi ancillæ in manibus domi
næ suæ ita oculi nostri ad dominum deū

noſtrum : donec miſereatur noſtri
Miſerere noſtri domine miſerere no
ſtri : quia multum repleti ſumus deſpecti
one Quia multum repleta eſt anima
noſtra opprobrium abundantibus : & de
ſpectio ſuperbis Gloria patri. pſalmus
NISI QVIA Dominus erat in nobis
dicat nunc iſrael : niſi quia do.
minus erat in nobis
Cum exurgerent homines in nos : for.
te viuos deglutiſſent nos
Cum iraſceretur furor eorum in nos :
forſitan aqua abſorbuiſſet nos
Torrentem pertranſiuit anima noſtra
forſitan pertranſiſſet anima noſtra : aquã
intolerabilem Benedictus dominus :
qui non dedit nos : in captionem dentibus
eorum Anima noſtra ſicut paſſer erep
ta eſt : de laqueo venantium
Laqueus contritus eſt : & nos libera.
ti ſumus Adiutorium noſtrum in no-
mine domini : qui fecit cœlum & terram
Gloria patri Sicut erat. pſalmus

QVI CONFIDVNT in domino ſi-
cut mons ſion : non commoue-
bitur in æternum qui habitat in hieruſalem
Montes in circuitu eius & dominus in
circuitu populi ſui : ex hoc nunc & vſque in
ſeculum Quia non relinquet dominus
virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum :
vt non extendant iuſti ad iniquitatem man⁹
ſuas Benefac domine : bonis & rectis cor
de Declinantes autem in obligationes
adducet dominus cum operantibus iniqui
tatem pax ſuper iſrael
Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto
Sicut erat in principio & nunc et ſem
per : & in ſecula ſeculorum Amen. A In o-
dorem vnguentorum tuorum currimus : a
doleſcentulæ dilexerunt te nimis. Capitulũ
In TRADICAVI in populo honorifi
cato : et in partes dei mei hæredi
tas illius : & in plenitudine ſanctorum detẽ
tio mea. R. Deo gratias. V. Benedicta tu :
in mulieribus. R. Et benedictus fructus vẽ
tris tui : kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. kyrie

eleison. V Domine exaudi orationem me
am. R Et clamor meus ad te veniat. Orō
CONCEDE Misericors deus fra
gilitati nostræ præsidium, vt
qui sanctæ tuæ genitricis memoriam agi
mus: intercessionis eius auxilio a nostris
iniquitatibus resurgamus. Per eundem
christum dominum nostrum. R Amen.
Commemoratio de sanctis. Antiphona
Sancti dei omnes intercedere dignemi
ni pro nostra omnium q; salute. V Læ
mini in domino & exultate iusti. R Et
gloriamini omnes recti corde. Oratio.
EXAVDI nos deus salutaris
noster: et apostolorum tuo
rum Petri & Pauli: et aliorum apostolo
rum nos tuere præsidiis: quorum dona
sti fideles esse doctrinis. Oratio.
OMNES Sancti tui quæsumus
domine nos vbiq; adiuuent
vt dum eorum merita recolimus patroci
nia sentiamus. Et pacem tuam nostris cō
cede temporibus. Et ab ecclesia tua cunc

tam repelle nequitiam. Iter, actus, et volunta
tes nostras: et omnium famulorum tuorum
in salutis tuæ prosperitate dispone benefacto
ribus nostris sempiterna retribue: et omni
bus fidelibus defunctis requiem eternam cō
cede. Per dominum nostrum Iesum chri
stum filium tuum: qui tecum viuit et reg
nat in vnitate spiritussancti deus per om
nia secula seculorum. R Amen. V Do
mine exaudi orationem meam. R Et cla
mor meus ad te veniat. V Benedicamus
domino. R Deo gratias. V Fidelium a
nimæ per misericordiam dei requiescant in
pace. AMEN

AD NONAM DE BEATI
SSIMA VIRGINE
MARIA

V E R S V S

DEVS IN ADIVTORIVM me
um intende
Domine ad adiuuan
dum me feſtina Gloria patri. Hymnus
MEMENTO Salutis autor quod i
noſtri quondam corporis: ex illi
bata virgine: naſcendo formam ſumpſeris
Maria mater gratiæ: mater miſericordi
æ: tu nos ab hoſte protege: et hora mortis ſuſci
pe Gloria tibi domine qui natus es de
virgine: cum patre et ſanctoſpiritu: in ſempi
terna ſecula. Amen. A. Pulchra es. pſalmꝰ
IN CONVERTENDO Dominus
captiuitatem ſion: facti ſumus
ſicut conſolati Tunc repletum eſt gau
dio os noſtrum: et lingua noſtra exultati
one Tunc dicent inter gentes magnifi-



cauit dominus facere cum eis
Magnificauit dominus facere nobiscũ
facti sumus lætantes Conuertere domi
ne captiuitatem nostram: sicut torrens in au
stro Qui seminant in lachrymis: in exul
tatione metent Euntes ibant et flebant
mittentes semina sua
Venientes autem venient cum exultati
one portantes manipulos suos:
Gloria patri Sicut erat. Psalmus.
NISI Dominus ædificauerit domũ
in vanum laborauerunt qui ædi
ficant eam Nisi dominus custodierit ciui
tatem: frustra vigilat qui custodit eam
Vanum est vobis ante lucem surgere: sur
gite postq̃. sederitis: qui manducatis panem
doloris Cum dederit dilectis suis somnũ
ecce hæreditas domini filii: merces fructus vẽ-
tris Sicut sagittæ in manu potentis: ita
filii excussorum Beatus vir qui impleuit
desiderium suum ex ipsis: non confundetur
cum loquetur inimicis suis in porta
Gloria patri Sicut erat. psalmus

BEATI omnes qui timent domi
num: qui ambulant in viis eius
Labores manuum tuarum quia mandu-
cabis: beatus es et bene tibi erit
Vxor tua sicut vitis abundans in lateribꝫ
domus tuæ Filii tui sicut nouellæ oliua
rum: in circuitu mensæ tuæ.
Ecce sic benedicetur homo: qui timẽt do
minum Benedicat tibi dominus ex sion
et videas bona hierusalem omnibus diebus vi
tæ tuæ Et videas filios filiorum tuorum
pacem super israel Gloria patri. A Pul-
chra es et decora filia hierusalem: terribilis
vt castrorum acies ordinata. Capitulum
IN PLATEIS sicut cinnamomũ
et balsamum aromatizans odo-
rem dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatẽ
odoris. R. Deo gratias. V Post partum virgo
inuiolata permansisti. R. Dei genitrix interce
de pro nobis. kyrie eleison: Christe eleison: ky-
rie eleison. V Domine exaudi. R Et clamor
FAMVLORVM tuorum. Oratio.
Fquesumus domine delictis igno-

sce: vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus: genitricis filii tui domini nostri intercessione saluemur. Per eundem christum dominum nostrum. ℟ Amen

Commemoratio de sanctis: Antiphona.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute. ℣ Lætamini in domino: & exultate iusti. ℟ Et gloriamini omnes recti corde. ℣ Oratio.

PRAESTA Quæsumus omnipotens deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apostolicæ confessionis petra solidasti. Oratio.

Omnes sancti tui. vt supra.

AD VESPERAS DE BEATISSIMA VIRGINE MARIA DEI GENITRICE

VERSVS

DEVS in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto

Sicut erat in principio. A Dum esset

DIXIT Dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet dominus
ex ſion : dominare in medio inimicorum tu
orum Tecum principium in die virtu-
tis tuæ in ſplendoribus ſanctorum : ex vtero
ante luciferum genui te
Iurauit dominus et non penitebit eum
tu es ſacerdo in æternum ſecundum ordinem
melchiſedech Dominus a dextris tuis
confregit in die iræ ſuæ reges
Iudicabit in nationibus implebit rui
nas : conquaſſabit capita in terra multorum
De torrente in via bibit : propterea exal
tauit caput Gloria patri. A Dum eſſet
rex in accubitu ſuo : nardus mea dedit ſuaui
tatem odoris. A Leua eius Pſalmus.
LAVDATE Pueri dominum : lau
date nomen domini
Sit nomen domini benedictum : ex hoc
nunc et vſq; in ſeculum A ſolis ortu vſque
ad occaſum : laudabile nomen domini
Excelſus ſuper omnes gentes dominus :
et ſuper cœlos gloria eius
Quis ſicut dominus deus noſter qui in

altis habitat : et humilia reſpicit in cœlo et
in terra Suſcitans a terra inopem : & e
de ſtercore erigens pauperem
Vt collocet eum cum principibus : cũ
principibus populi ſui
Qui habitare facit ſterilem in domo :
matrem filiorum lætantem
Gloria. A Leua eius ſub capite meo : et
dextera illius amplexabitur me. A Nigra ſũ.
LÆTATVS ſum in iis quæ pſalm9
dicta ſunt mihi : in domum do
mini ibimus Stantes erant pedes noſtri
in atriis tuis hieruſalem
Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas
cuius participatio eius in idipſum
Illuc enim aſcenderunt tribus tribus
domini : teſtimonium iſrael : ad confiten
dum nomini domini
Quia illic ſederunt ſedes in iudicio : ſ
ſedes ſuper domum dauid
Rogate quæ ad pacem ſunt hieruſalẽ
et abundantia diligentibus te
Fiat pax in virtute tua : et abundan



tia in turribus tuis Propter fratres me
os & proximos meos: loquebar pacem
de te Propter domum domini dei no
ſtri: quæſiui bona tibi
Gloria patri. A Nigra ſum ſed for
moſa filia hieruſalem: ideo dilexit me rex
& introduxit me in cubiculum ſuum. A
Iam hyems tranſiit. psalmus
NISI DOMINVS ædificauerit do
mum in vanum laborauerunt
qui ædificant eam Niſi dominus cuſto
dierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſto
dit eam Vanum eſt vobis ante lucem
ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis: qui
manducatis panem doloris
Cum dederit dilectis ſuis ſomnum:
ecce hæreditas domini filii: merces fructus
ventris Sicut ſagittæ in manu potentis
ita filii excuſſorum
Beatus vir qui impleuit deſiderium
ſuum ex ipſis non confundetur cum loque
tur inimicis ſuis in porta
Gloria patri A Iam hyems tranſiit

ymber abiit et receſſit: ſurge amica mea et
veni. A Specioſa. psalmus
LAVDA hieruſalem dominum
lauda deum tuum ſion
Quoniam confortauit ſeras portarum
tuarum: benedixit filiis tuis in te
Qui poſuit fines tuos pacem et adipe
frumenti ſatiat te Qui emittit eloquiũ
ſuum terræ: velociter currit ſermo eius
Qui dat niuem ſicut lanam: nebulã
ſicut cinerem ſpargit
Mittit cryſtallum ſuam ſicut bucellas
ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit
Emittet verbum ſuum et liquefaciet
ea: flabit ſpiritus eius et fluent aquæ
Qui annuntiat verbum ſuum Iacob:
iuſtitias et iudicia ſua iſrael
Non fecit taliter omni nationi: et iu
dicia ſua non manifeſtauit eis.
Gloria patri. A Specioſa facta es et ſu
auis in delitiis tuis ſancta dei genitrix.
AB INITIO et ante ſecula creata
ſum: et vſque ad futurum ſecu



lum non desinam: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. R. Deo gratias. Hy.

AVE MARIS stella: dei mater alma: atque semper virgo felix cœli porta. Sumens illud aue: Gabrielis ore: funda nos in pace: mutans nomẽ Euæ. Solue vincla reis: profer lumen cæcis mala nostra pelle: bona cuncta posce. Monstra te esse matrem: sumat per te preces: qui pro nobis natus tulit esse tuus. Virgo singularis: inter omnes mitis nos culpis solutos: mites fac et castos. Vitam præsta puram: iter para tutũ vt videntes iesum: semper collætemur. Sit laus deo patri: summo christo decus: spiritui sancto: trinus honor vnus. Amen. V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te deus in æternũ.

Canticum beatissimæ Mariæ virginis.

MAGNIFICAT anima mea dominum. Et exultauit spirit9 meus: in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie ĩ progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros: abraam: et semini eius in secula. Gloria patri. A. Beata mater et innupta virgo gloriosa: regina mundi: intercede pro nobis ad dominum. Kyrie eleison: Christe eleison: kyrie eleison. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos quæsumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione: a præsenti liberari tristitia: et æterna per

fruj lætitia. Per christum dominum no
strum. R. Amen. Commemoratio de sctis
Sancti dei omnes intercedere dignemi
ni pro nostra omniumq3 salute. V Læ
tamini in domino: & exultate iusti. R
Et gloriamini omnes recti corde Oratio
PROTEGE domine populum tu
um: et apostolorum tuorum Pe
tri & Pauli: & aliorum apostolorum patro
cinio confidentem perpetua defensione cō
serua. De omnibus sanctis oratio.
Omnes sancti tui quæsumus. do. vt s

AD COMPLETORIVM DE BEATIS
SIMA VIRGINE MAR
IA DEI GEN
ITRI
CE

V R S V S

CONVERTE Nos deus salutaris
noster. Et auerte iram tu
am a nobis.
Deus in adiutorium meum intende

Domine ad adiuuandum Gloria.
SEPE Expugnauerunt. psalmus.
me a iuuentute mea: dicat nunc
israel Sepe expugnauerunt me a iuue
tute me a iuuentute mea: etenim non potu



erunt mihi. S upra dorſum meum fabrica
uerunt peccatores: prolongauerunt iniqui
tatem ſuam. D ominus iuſtus concidet
ceruices peccatorum: confundantur et conuer
tantur retrorſum omnes qui oderunt ſion.
F iant ſicut fœnum tectorum: quod
priuſq̃ euellatur exaruit.
D e quo non impleuit manum ſuam
qui metet: et ſinum ſuum qui manipulos
colliget. E t non dixerunt qui præteribãt
benedictio domini ſuper vos: benediximus
vobis in nomine domini. G loria. pſal.
DE PROFVNDIS clamaui ad te do
mine: domine exaudi vocem me
am. F iant aures tuæ intendentes in vocẽ
deprecationis meæ. S i iniquitates obſer
uaueris domine: domine quis ſuſtinebit.
Q uia apud te propiciatio eſt: et prop
ter legem tuam ſuſtinui te domine.
S uſtinuit anima mea in verbo eius: ſpe
rauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem
ſperet iſrael in domino.

Q uia apud dominum miſericordia: et
copioſa apud eum redemptio.
E t ipſe redimet iſrael: ex omnibus ini
quitatibus eius. G loria patri. Pſalmus.
DOMINE non eſt exaltatum cor
meum: neque elati ſunt oculi mei.
N eque ambulaui in magnis: neque in
mirabilibus ſuper me.
S i non humiliter ſentiebam: ſed exalta
ui animam meam. S icut ablactatus eſt
ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea.
S peret iſrael in domino: ex hoc nunc et
vſque in ſeculum. G loria patri. hymnus.
MEMENTO ſalutis autor quod
noſtri quondam corporis: ex
illibata virgine naſcendo formam ſumpſe
ris. M aria mater gratiæ: mater miſeri
cordiæ: tu nos ab hoſte protege: et hora mor
tis ſuſcipe. G loria tibi domine qui na
tus es de virgine: cum patre et ſancto ſpiri
tu in ſempiterna ſecula. Amen. Capitulũ.
EGO MATER Pulchræ dilectio
nis et timoris et magnitudinis

et ſanctæ ſpei R Deo gratias. V Ora pro no
bis ſanctiſſima dei genitrix. R Vt digni
efficiamur promiſſionibus chſti A Sub
tuum præſidium Canticum Simeonis.

NVNC DIMITTIS ſeruum tuum do
mine: ſecundum verbum tuum
in pace. Qvia viderunt oculi mei ſalu
tare tuum Qvod paraſti: ante faciem
omnium populorum
Lvmen ad reuelationem gentium: et
gloriam plebis tuæ iſrael
Gloria patri. A Sub tuum præſidi
um confugimus ſancta dei genitrix: noſtras
deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus
ſed a periculis cunctis libera nos ſemper vir
go benedicta. kyrie eleiſon: Chriſte eleiſon
kyrie eleiſon. V Domine exaudi oratio-
nem meam. R Et clamor. Oratio:

BEATÆ et glorioſæ ſemper qȝ vir-
ginis Mariæ quæſumus domine
interceſſio glorioſa nos protegat: & ad vitã
perducat æternam. Per chriſtum dominum
noſtrum. R Amen. Commemoratio de ſã

ctis. Antiphona. Sancti dei omnes interce-
dere dignemini pro noſtra omnium qȝ ſa-
lute. V Lætamini in domino et exultate
iuſti. R Et gloriamini omnes recti corde

EXAVDI NOS deus ſalutaris oratio
noſter: et apoſtolorum tuorum
Petri & Pauli, et aliorum apoſtolorum
nos tuere præſidiis: quorum donaſti fide
les eſſe doctrinis Oratio de omnibȝ ſãctis.

OMNES ſancti tui quæſumus do
mine nos vbiqȝ adiuuent: vt dũ
eorum merita recolimus patrocinia ſentia-
mus: Et pacem tuam noſtris concede tempo
ribus: Et ab eccleſia tua cunctam repelle ne
quitiam: Iter, actus, et voluntates noſtras,
et omnium famulorum tuorum in ſalutis
tuæ proſperitate diſpone: benefactoribus
noſtris ſempiterna bona retribue: et omni-
bus fidelibus defunctis requiem æternam
concede. Per dominum noſtrum Ieſum chſ
ſtum filium tuum, qui tecum viuit & re
gnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: Per
omnia ſecula ſeculorum. R Amen

Canticum filiorum Euæ.

SALVE Regina misericordiæ: vita. dulcedo: et spes nostra salue. Ad te clamamus exules filii Euæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lachrymarũ valle. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens: o pia: o dulcis virgo Maria. V. Ora pro nobis sanctissima dei genitrix. R. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne deus: qui gloriosæ virginis matris Mariæ: corpus et animam vt dignum filii tui habitaculum effici mereretur: spiritu sancto cooperante præparasti: da vt cuius commemoratione lætamur: eius pia intercessione ab instantibus malis: et a morte perpetua liberemur. Per eundem christum dominum nostrum. R. Amen.

Sabbato ante primam dominicam de aduentu. Ad vesperas beatæ Mariæ virginis.

Antiphona. Missus est angelus Gabriel ad Mariam virginem desponsatam Ioseph. Psal. Dixit dominus. A. Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu ĩ mulieribus. alleluia. P. Laudate pueri dominum. A. Ne timeas Maria inuenisti enim gratiam apud dominum: ecce concipies et paries filium. alleluia. P. Lætatus sum. A. Dabit ei dominus deus sedem Dauid patris ei9 et regnabit in æternum. P. Nisi dominus. A. Ecce ancilla domini fiat mihi secund' verbum tuum. P. Lauda hierusalem. Cap.

EGREDIETVR Virga de radice Iesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus domini. R. Deo gratias. hymnus. Aue Maris stella. V. Diffusa est gratia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te deus in æternum. Ad magnificat. ã. Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas habens in vtero filium dei. alleluia. orõ. Deus qui de beatæ. De omnibus sanctis. añ. Ecce dominus veniet et omnes sancti eius cũ eos: et erit in die illa lux magna. alleluia. V.



Ecce apparebit dominus super nubem candi-
dam. R. Et cum eo sanctorum millia. Oro.

CONSCIENTIAS nostras quæsumus
domine visitando purifica: vt ve-
niens Iesus christus filius tuus dominus no-
ster cum omnibus sanctis: paratam sibi in
nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit
et in vnitate spiritussancti deus: per omnia
secula seculorum. R. Amen. Supradictæ o-
rationes et versiculi prædicto modo dicuntur
per omnes horas. Ad matutinum inuitato. an-
tiphonæ, psalmi et versiculi non mutantur vs-
q; ad lectiones. Præter antiphonam noni p-
mi. scilicet. Post partum. Loco cuius dicitur
Añ. Angelus domini nuntiauit Mariæ:
et concepit de spiritusancto. Lectio prima

MISSVS Est angelus Gabriel a deo
in ciuitatem Galileæ, cui nomẽ
Nazareth, ad virginem desponsatam viro
cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, et
nomen virginis, Maria. Et ingressus an-
gelus ad eam dixit. Aue gratia plena do-
minus tecum: benedicta tu in mulierib;

Tu autem domine miserere nostri. R. Deo
gratias. R. Missus est angelus Gabriel ad
Mariam virginem desponsatam Ioseph: nũ-
tians ei verbum: et expauescit virgo de lumi-
ne: ne timeas Maria: inuenisti gratiam a-
pud dominum. Ecce concipies, et paries fi-
lium: & vocabitur altissimi filius. V. Dabit
ei dominus deus sedem Dauid patris eius: et
regnabit in domo Iacob in æternum. R. Ec-
ce concipies, et paries filium: et vocabitur
altissimi filius. Lectio secunda.

QVÆ CVM Audisset: turbata est
in sermone eius: et cogitabat q̃-
lis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne
timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud
dominum. Ecce concipies in vtero: et paries
filium: et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit
magnus: et filius altissimi vocabitur: et dabit
ei dominus deus sedem Dauid patris eius:
et regnabit in domo Iacob in æternum: et re-
gni eius non erit finis. Tu autem domine mi-
serere nostri. R. Deo grãs. R. Aue Maria
gratia plena dominus tecum. Spiritussanc-

tus ſuperueniet in te: et virtus altiſſimi obū
brabit tibi. quod enim ex te naſcetur ſanctū
vocabitur filius dei. V. Quomodo fiet iſtud
quoniam virum non cognoſco: et reſpondēs
angelus dixit ei. R. Spiritusſanctus ſuperue
niet in te: et virtus altiſſimi obumbrabit tibi
quod enim ex te naſcetur ſanctum: vocabitur
filius dei. Lectio tertia

DIXIT Autem Maria ad angelum.
Quomodo fiet iſtud: quoniam vi-
rum non cognoſco? Et reſpondens angelus
dixit ei: Spiritusſanctus ſuperueniet in te: et
virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; et qd'
naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei.
Et ecce Heliſabet cognata tua: et ipſa conce-
pit filium in ſenectute ſua: et hic menſis eſt
ſextus illi quæ vocatur ſterilis: quia non erit
impoſſibile apud deum omne verbum. Di
xit autem Maria. Ecce ancilla domini, fi
at mihi ſecundum verbum tuum. Tu autē
domine miſerere noſtri. R. Deo gratias. R.
Suſcipe verbum virgo Maria quod tibi a
domino per angelum tranſmiſſum eſt: cō

cipies deum pariter et hominem: Vt bene
dicta dicaris inter omnes mulieres. V. Pa
ries quidem filium et virginitatis non patieris
detrimentum: efficieris grauida: et eris ma
ter ſemper intacta. R. Vt benedicta dicaris
inter omnes mulieres. Gloria patri et filio:
et ſpiritui ſancto. Vt benedicta dicaris inter
omnes mulieres. Ad laudes et per horas. ā.
Miſſus eſt. Ps. Dominus regnauit deco
rem. A. Aue Maria. Ps. Iubilate deo. A.
Ne timeas. Ps. Deus deus meus ad te de lu
ce vigilo. A. Dabit ei dominus. Ps. Bene-
dicite omnia opera. A. Ecce ancilla. Ps.
Laudate dominum de cœlis. Capitulum
Egredietur. Hymni, verſiculi et pſalmi per [illegible]
[illegible] dicuntur ſicut ante aduentum p
ter verſiculos nonæ et completorii. Ad Bene
dictus. ā. Spiritusſanctus. Orationes vt ſu
pra in veſperis. Ad primam. A. Miſſus
eſt. Capitulum.

ECCE Virgo concipiet et pariet fi
lium: et vocabitur nomen eius
emanuel: butyrum et mel comedet: vt ſciat

reprobare malum: & eligere bonum. R.
Deo gratias. Ad Tertiam añ. Aue Ma
ria gratia pl. Cap. Egredietur virga de r.
Ad Sextã añ. Ne timeas Maria Cap.
HABIT Ei dominus deus sedem
Dauid patris eius. & regnabit in
domo Iacob in æternum: et regni eius non e
rit finis. R. Deo gratias. Ad nonã añ.
Ecce ancilla domini. Capit. Ecce virgo. V.
Angelus domini nuntiauit Mariæ. R. Et
concepit de spiritu sancto. Ad vesperas
añ. Missus est. Ad Completorium cap.
Ecce virgo concipiet. V. Angelus domini. R.
Et concepit. Ad Nunc dimittis añ. Spiritus
sanctus. Notandum a vigilia natiuitatis
domini vsq; ad purificationem beatæ Ma
riæ virginis dici officium sicut ante pente
costen: excepto q; ad omnes horas dicitur
oratio. Deus qui salutis æternæ. Additis
orationibus de apostolis cum aliis ad om
nes horas sicut scriptum est in officio an
te aduentum. Item ad Laudes et per horas
dicitur Antiphona. O admirabile commer

cium creator generis humani: animatum cor
pus sumens de virgine nasci dignatus est:
et procedens homo sine semine largitus est
nobis suam deitatem. P. Dominus regna
uit. A. Quando natus es ineffabiliter ex vir
gine tunc impletæ sunt scripturæ. sicut pluui
a in vellus descendisti: vt saluum faceres ge
nus humanum: te laudamus deus noster.
P. Iubilate. A. Rubum quem viderat
Moyses incombustum: conseruatam agno
uimus tuam laudabilem virginitatem: dei
genitrix intercede pro nobis. P. Deus deus
meus. A. Germinauit radix Iesse: orta est
stella ex Iacob: virgo peperit saluatorem: te
laudamus deus noster. P. Benedicite. A.
Ecce Maria genuit nobis saluatorem: quẽ
Ioannes videns exclamauit dicens: ecce agn⁹
dei: ecce qui tollit peccata mundi. alleluia.
P. Laudate dominum de cœlis. Ad Be
nedictus añ. Mirabile mysterium declara
tur hodie innouantur naturæ: deus homo
factus est: id quod fuit permansit: et quod
non erat assumpsit: non commixtionem

passus neque diuisionem. Ad Magnificat
et Nunc dimittis. an. Magnum haereditatis
mysterium, templum dei factus est uterus nesci
ens virum, non est pollutus ex ea carnem assu
mens. omnes gentes venient dicentes gloria ti
bi domine. Nota a vesperis sabbati sa
cti vsque ad ascensionem domini dici offici
um beatae Mariae virginis sicut ante aduentu
nisi quod ad Benedictus, ad Magnificat, et
Nunc dimittis, dicitur an.
Regina coeli laetare, alleluia. Quia quem
meruisti portare, alleluia; Resurrexit sicut
dixit, alleluia. Ora pro nobis deum, alleluia

DOMINE labia mea aperies.
Et os meum annuntiabit
laudem tuam. Deus in ad
iutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri. Sicut erat. hymnus.
PATRIS sapientia veritas diui
na. Deus homo captus est hora
matutina. A suis discipulis cito derelictus

A iudeis traditus venditus et afflictus V
Adoramus te christe et benedicimus tibi
R Quia per sanctam crucem tuam redemi
sti mundum Oratio
DOMINE Iesu christe fili dei vivi: pone passionem tuam crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc, et in hora mortis meæ et largiri digneris vivis misericordiam et gratiam: defunctis veniam et requiem: ecclesiæ tuæ pacem et concordiam: et nobis peccatoribus vitam & lætitiam sempiternam Qui vivis et regnas Ad primam.
Deus in adiutorium hymnus
HORA Prima ductus est Iesus ad Pilatum Falsis testimoniis multum accusatum In collo percutiunt manibus ligatum Vultum dei conspuunt lumen cœli gratum. V Adoramus te christe et benedicimus tibi. R Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum Oratio ut supra
Domine Iesu christe. Ad Tertiam.
Deus in adiutorium. hymnus.

CRVCIFIGE clamitant hora tertia rum Illusus induitur veste purpurarum Caput eius pungitur corona spinarum Crucem portat humeris ad locum pœnarum. V Adoramus te christe et benedicimus tibi. R Quia per sanctam. oratio
Domine Iesu christe. Ad Sextam.
Deus in adiutorium meum int. hym9
HORA SEXTA Iesus est cruci conclauatus Atque cum latronibus pendens deputatus. Præ tormentis sitiens felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificatus. V Adoramus te christe et benedicimus tibi. R Quia per sanctam. oratio
Domine Iesu christe. Ad Nonam.
Deus in adiutorium meum int. hym9
HORA Nona dominus Iesus expirauit: Hely clamans animam patri commendauit: Latus eius lanceæ miles perforauit. Terra tunc contremuit et sol obscurauit. V Adoramus te christe et benedicimus tibi. R Quia per
Domine Iesu christe. Ad vesperas.

Deus in adiutorium meum intende

DE CRVCE Deponitur hora veſper
tina. Fortitudo latuit in mente
diuina: Talem mortem ſubiit vitæ medici
na. Heu corona gloriæ iacuit ſupina. V.
Adoramus te chriſte et benedicimus tibi.
R Quia per ſanctam crucem tuam redemi
ſti mundum. Oratio.

DOMINE Ieſu chriſte fili dei viui:
pone paſſionem: crucem et morté
tuam inter iudicium tuum et animam meá
nunc et in hora mortis meæ: et largiri digne
ris viuis miſericordiam et gratiam: defunc
tis requiem et veniam: eccleſiæ tuæ pacem et
concordiam: et nobis peccatoribus vitam et
letitiam ſempiternam. Qui viuis et reg. d.
Ad completorium dé cruce.

CONVERTE nos deus ſalutaris
noſter Et auerte iram tuam a
nobis Deus in adiutorium meum intéde
Domine ad adiuuandum me feſtina
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto
Sicut erat in principio & nũc et. hym⁹

HORA COMPLETORII Datur ſepul
turæ. Corpus chriſti nobile ſpes vi
tæ futuræ. Conditur aromate complentur
ſcripturæ. Iugi ſit memoria mors hæc mihi
curæ. V Adoramus te chriſte et benedicim⁹
tibi R Quia per ſanctam crucem tuam rede
miſti mundum. Oratio.
Domine Ieſu chriſte fili dei vi. vt ſupra
Recommendatio ad Chriſtum.

HAS HORAS canonicas cum deuo
tione. Tibi chriſte recolo pia ratio
ne. Vt qui pro me paſſus es amoris ardore.
Sis mihi ſolatium in mortis agone.

. AMEN .

SEQVITVR OFFICIVM DE SANCTO SPIRITV.

A D M A T V I [illegible] V M

DOMINE Labia mea aperies: Et os meum annuntiabit laudem tuam.
Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. Sicut erat. A Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. hymn9

NOBIS Sanctiſpiritus gratia ſit data: De qua virgo virginum fuit obumbrata: Cum per ſanctum angelum fuit ſalutata. Verbum caro factum eſt virgo fœcundata. V Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. R Et renouabis faciẽ terræ. V Domine exaudi. R Et clamor.

OMNIPOTENS Sempiterne deus da nobis illam ſanctiſpirit9 gratiam quam diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis &c.

regnas deus in secula seculorum. Amen.
Deus in adiutorium Ad primam.
Veni sancte spiritus reple tuorū. hymnus.
DE VIRGINE Maria christus fuit
natus. Crucifixus mortuus atq;
tumulatus. Resurgens discipulis fuit demō
stratus: Et ipsis cernentibus cœlis eleuatus.
V Emitte spiritum tuum et creabuntur.
R Et renouabis faciem terræ. Oratio
Omnipotens sempiterne. Ad tertiam
Deus in adiutorium meum intende.
Veni sancte spiritus reple. t. c. fi. hymnus
SVVM sanctum spiritum deus de
legauit. In die penthecostes suos
confortauit. Et de linguis igneis ipsos inflā
mauit. Relinquere orphanos eos denegauit
Emitte spiritum. R Et renouabis. orō.
Omnipotens sempiterne. Ad sextam
Deus in adiutorium meum intende.
A Veni sancte spiritus et cē. Hymnus
SEPTIFORMEM Gratiam tunc
acceptauerunt. Quare ydioma
ta cuncta cognouerunt. Ad diuersa clima

ta mundi recesserunt. Et fidem catholicam i
tunc prædicauerunt. V. Emitte spiritum tu
um et creabuntur. R. Et renouabis. Oratio
OMNIPOTENS sempiterne deus
da nobis illam sancti spiritus gra
tiam quam discipulis tuis in die sancto pen
thecostes transmisisti. Qui vi. Ad nonam.
Deus in adiutorium meum intende. A
Veni sancte spiritus reple tuorum corda fide
lium: et tui amoris in eis ignem accende.
SPIRITVS Paraclitus fuit appella
tus: Donum dei charitas fons vi
uificatus. Spiritalis vnctio ignis inflammā
tus. Septiformis gratia carisma vocatus. V
Emitte spiritum. R. Et renouabis. Oratio
Omnipotens sempiterne. Ad vesperas
Deus in adiutorium meum intende. A
Veni sancte spiritus reple tuorum hymnus.
DEXTRE Dei digitus virtus spirita
lis. Nos defendat eruat ab omni
bus malis: Vt nobis non noceat dæmon infer
nalis. Sed protegat, foueat, nutriat sub alis. V
Emitte spiritum. R. Et renouabis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne. Ad cōpletoriū
Conuerte nos deus ſalutaris noſter
Et auerte iram tuam a nobis Deus in
adiutorium. A Veni ſancte ſpiritus hymn⁹
SPIRITVS Paraclitus nos velit iu
uare. Greſſus noſtros regere &
illuminare. Vt cum deus venerit omnes i
iudicare: Nos velit ad dexteram ſuam ap
pellare. V Emitte ſpiritum. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus. vt ſup
Recommendatio ad ſpiritum ſanctum
Has horas canonicas cum deuotione:
Tibi ſancte ſpiritus pia ratione: Dixi vt nos
viſites inſpiratione. Vt viuamus iugiter ce
li regione. AMEN

INCIPIVNT SEPTEM P
SALMI PENIT
ENTIALES

Anti. Ne reminiſcaris pſal9.
DOMINE Ne in furore tuo
arguas me: neque in ira tua
corripias me Miſere mei domine quoni

am infirmus ſum: ſana me domine quoniā
conturbata ſunt oſſa mea
Et anima mea turbata eſt valde ſed tu
domine vſquequo Conuertere domine



et eripe animam meam: ſaluum me fac pro
pter miſericordiam tuam
Quoniam non eſt in morte qui me
mor ſit tui: in inferno autem quis confite
bitur tibi Laboraui in gemitu meo lauia
bo per ſingulas noctes lectum meum: lachry
mis meis ſtratum meum rigabo
Turbatus eſt a furore oculus meus: inue
teraui inter omnes inimicos meos
Diſcedite a me omnes qui operamini ĩ
iquitatem: quoniam exaudiuit dominus
vocem fletus mei Exaudiuit dominus de
precationem meam: dominus orationem me
am ſuſcepit Erubeſcant et conturbentur
vehementer omnes inimici mei: conuertantur
et erubeſcant valde velociter Gloria.
BEATI Quorum remiſſæ ſunt iniq
tates: et quorum tecta ſunt peccata
Beatus vir cui non imputauit dominus
nec eſt in ſpiritu eius dolus
Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea
dum clamarem tota die
Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper
me manus tua: conuerſus ſum in erumna:
mea dum configitur ſpina
Delictum meum cognitum tibi feci: &
iniuſtitiam meam non abſcondi
Dixi confitebor aduerſum me iniuſti
tiam meam domino: et tu remiſiſti impieta
tem peccati mei Pro hac orabit ad te
omnis ſanctus: in tempore oportuno
Veruntamen in diluuio aquarum mul
tarum: ad eum non approximabunt
Tu es refugium meum a tribulatione
quæ circundedit me exultatio mea erue me
a circundantibus me
Intellectum tibi dabo et inſtruam te ĩ
via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos
meos Nolite fieri ſicut equus et mulus:
quibus non eſt intellectus
In chamo et freno maxillas eorum cõ
ſtringe qui non approximant ad te
Multa flagella peccatoris: ſperantem au
tem in domino miſericordia circundabit
Lætamini in domino et exultate iuſti
et gloriamini omnes recti corde

Gloria patri et filio. Pſalmus.
DOMINE Ne in furore tuo arguas
me: neque in ira tua corripias me
Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi
et confirmaſti ſuper me manum tuam
Non eſt ſanitas in carne mea a facie iræ
tuæ: non eſt pax oſſibus meis a facie peccato-
rum meorum Quoniam iniquitates meæ
ſupergreſſæ ſunt caput meum: et ſicut onus
graue grauatæ ſunt ſuper me
Putruerunt et corruptæ ſunt cicatrices
meæ: a facie inſipientiæ meæ
Miſer factus ſum et curuatus ſum vſque
in finem: tota die contriſtatus ingrediebar
Quoniam lumbi mei impleti ſunt illu-
ſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea
Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis
rugiebam a gemitu cordis mei
Domine ante te omne deſyderium meũ
& gemitus meus a te non eſt abſconditus
Cor meum conturbatum eſt in me: dere-
liquit me virtus mea: et lumen oculorum me-
orum: & ipſum non eſt mecum

Amici mei et proximi mei aduerſum me
appropinquauerunt et ſteterunt
Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt
et vim faciebant qui quærebant animã meã
Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt
ſunt vanitates: et dolos tota die meditaban-
tur Ego autem tanquam ſurdus non au-
diebam: et ſicut mutus non aperiens os ſuũ
Et factus ſum ſicut homo non audiẽs
et non habens in ore ſuo redargutiones
Quoniam in te domine ſperaui: tu ex-
audies me domine deus meus
Quia dixi nequando ſupergaudeant
mihi inimici mei: & dum commouentur
pedes mei ſuper me magna locuti ſunt
Quoniam ego in flagella paratus ſum:
et dolor meus in conſpectu meo ſemper
Quoniam iniquitatem meam annun-
tiabo: & cogitabo pro peccato meo
Inimici autem mei viuunt: et confir-
mati ſunt ſuper me: et multiplicati ſunt qui
oderunt me inique
Qui retribuunt mala pro bonis detrahe-



bant mihi: quoniam ſequebar bonitatem
Ne derelinquas me domine deus meus:
ne diſceſſeris a me Intende in adiutoriu
meum: domine deus ſalutis meæ
Gloria patri et filio: Pſalmus
MISERERE Mei deus: ſecundum
magnam miſericordiam tuam
Et ſecundum multitudinem miſerati-
onum tuarum: dele iniquitatem meam
Amplius laua me ab iniquitate mea: et a
peccato meo munda me
Quoniam iniquitatem meam ego cogno-
ſco: et peccatum meum contra me eſt ſemper
Tibi ſoli peccaui et malum coram te feci
vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: et vincas
cum iudicaris Ecce enim in iniquitati-
bus conceptus ſum: et in peccatis concepit me
mater mea Ecce enim veritatem dilexiſti
incerta et occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti
mihi Aſperges me domine hyſopo: et mu-
dabor: lauabis me et ſuper niuem dealbabor
Auditui meo dabis gaudium et lætitiam
et exultabunt oſſa humiliata

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et
omnes iniquitates meas dele
Cor mundum creaviri me deus: et ſpiri-
tum rectum innoua in viſceribus meis
Ne proiicias me a facie tua: et ſpiritum
ſanctum tuum ne auferas a me
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: et ſpi-
ritu principali confirma me
Docebo iniquos vias tuas et impri ad te
conuertentur Libera me de ſanguinibus
deus deus ſalutis meæ: et exaltabit lingua me
a iuſtitiam tuam Domine labia mea aper-
ies: et os meum annuntiabit laudem tuam
Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſ-
ſem: vtique holocauſtis non delectaberis
Sacrificium deo ſpiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus non deſpi-
cies Benigne fac domine in bona volun-
tate tua ſion: vt ædificentur muri hieruſalem
Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, o-
blationes et holocauſta: tunc imponent ſuper
altare tuu vitulos Gloria. ps
DOMINE Exaudi orationem meam



et clamor meus ad te veniat

Non auertas faciem tuam a me: in qua-
cunque die tribulor inclina ad me aurem tuã

In quacunque die inuocauero te: velo
citer exaudi me Quia defecerunt sicut sumꝰ
dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt

Percussus sum vt fœnum et aruit cor me
um: quia oblitus sum comedere panem meũ

A voce gemitus mei: adhæsit os meum
carni meæ Similis factus sum pelecano
solitudinis: factus sum sicut nicticorax in
domicilio Vigilaui, et factus sum sicut
passer solitarius in tecto

Tota die exprobrabant mihi inimici
mei: & qui laudabant me aduersum me iu
rabant Quia cinerem tanquam panem
manducabam: et potum meum cum fletu
miscebam A facie iræ indignationis tuæ
quia eleuans allisisti me

Dies mei sicut vmbra declinauerunt:
& ego sicut fœnum arui

Tu autem domine in æternum perma
nes: & memoriale tuum in generatione &
generationem Tu exurgens miserebe-
ris sion: quia tempus miserendi eius: quia
venit tempus Quoniam placuerunt ser
uis tuis lapides eius: et terræ eius miserebun
tur Et timebunt gentes nomen tuum
domine: et omnes reges terræ gloriã tuam

Quia ædificauit dominus sion: & vi
debitur in gloria sua

Respexit in orationem humilium: &
non spreuit precem eorum

Scribantur hæc in generatione altera:
et populus qui creabitur laudabit dominũ

Quia prospexit de excelso sancto suo:
dominus de cœlo in terram aspexit

Vt audiret gemitus compeditorum: vt
solueret filios interemptorum

Vt annuntient in sion nomen domini: et
laudem eius in hierusalem

In conueniendo populos in vnum: et re-
ges vt seruiant domino

Respondit ei in via virtutis suæ: pauci
tatem dierum meorum nuntia mihi

Ne reuoces me in dimidio dierum meo-



rum in generatione et generationem anni
tui Initio tu domine terram fundaſti
et opera manuum tuarum ſunt celi
Ipſi peribunt tu autem permanes: et
omnes ſicut veſtimentum veteraſcent
Et ſicut opertorium mutabis eos et mu-
tabuntur: tu autem idem ipſe es: et anni tui
non deficient Filii ſeruorum tuorum ⁊
habitabunt: et ſemen eorum in ſeculum di
rigetur Gloria patri.
DEPROFVNDIS clamaui ad te do
mine: domine exaudi vocem meã
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem
deprecationis meæ Si iniquitates obſerua
ueris domine: domine quis ſuſtinebit
Quia apud te propiciatio eſt: et propter
legem tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſpe-
rauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ⁊
ſperet iſrael in domino.
Quia apud dominum miſericordia: et
copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus ini
quitatibus eius Gloria patri
DOMINE Exaudi orationem meã
auribus percipe obſecrationem me
am in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia
Et non intres in iudicium cum ſeruo
tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu
tuo omnis viuens
Quia perſecutus eſt inimicus animã
meam humiliauit in terra vitam meam
Collocauit me in obſcuris ſicut mor
tuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpiritꝰ
meus: in me turbatum eſt cor meum.
Memor fui dierum atiquorum: medita
tus ſum in omnibus operibus tuis: et in factis
manuum tuarum meditabar
Expandi manus meas ad te: anima ⁊
mea ſicut terra ſine aqua tibi
Velociter exaudi me domine: defecit
ſpiritus meus Non auertas faciem tuã
a me: et ſimilis ero deſcendentibus ĩ lacum
Auditam fac mihi mane miſericordiã
tuam: quia in te ſperaui.



Notam fac mihi viam in qua ambulē
quia ad te leuaui animam meam
Eripe me de inimicis meis domine ad
te confugi, doce me facere voluntatem tuā
quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in ter
ram rectam propter nomen tuum domine
viuificabis me in ęquitate tua.
Educes de tribulatione animam me
am: & in miſericordia tua diſperdes om
nes inimicos meos
Et perdes omnes qui tribulant ani
mam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſū
Gloria patri. A. Ne reminiſcaris do
mine delicta noſtra, vel parentum noſtro
rum: neque vindictam ſumas de peccatis
noſtris. Parce domine parce populo tuo
quem redemiſti precioſiſſimo ſanguine
tuo ne in æternum iraſcaris nobis. Letania
Kyrie eleiſon Chriſte eleiſon
Kyrie eleiſon Chriſte au
di nos Chriſte exaudi nos
Pater de cęlis deus: miſerere nobis

Fili redemptor mundi deus miſerere no
bis Spiritus ſancte deus miſerere nobis
Sancta trinitas vnus deus: miſerere nobis
Sancta Maria: ora pro nobis
Sancta dei genitrix. ora.
Sancta virgo virginum. or.
Sancte Michael or.
Sancte Gabriel. or.
Sancte Raphael. or.
Omnes ſancti angeli et archangeli dei:
orate pro nobis Omnes ſancti beatorum
ſpirituum ordines: orate pro nobis
Sancte Ioannes baptiſta: ora pro nobis
Omnes ſancti patriarche et prophetæ. o
rate pro nobis
Sancte Petre: ora pro nobis
Sancte Paule. or.
Sancte Andrea. or.
Sancte Iacobe. or.
Sancte Ioannes or.
Sancte Thoma. or.
Sancte Iacobe frater domini or.
Sancte Philippe: Ora pro nobis.



Sancte Bartholomee: Ora pro nobis
Sancte Matthæe Or
Sancte Thadæe: Or
Sancte Matthia Or
Sancte Barnaba. Or
Sancte Luca. Or
Sancte Marce. Or
Omnes sancti apostoli et euangelistæ: orate
Omnes discipuli domini: orate pro nobis
Omnes sancti innocentes orate
Sancte Stephane. Or
Sancte Laurenti. Or
Sancte Vincenti. Or
Sancte Fabiane: Ora pro nobis
Sancte Sebastiane. Or
Sancte Blasi. Or
Sancti Ioannes et Paule. orate pro nobis
Sancti Cosma et Damiane, orate
Sancti Geruasi et Prothasi. orate
Omnes sancti martyres. orate
Sancte Siluester. Or
Sancte Gregori. Or
Sancte Martine: Ora pro nobis.

Sancte Augustine. Ora pro nobis
Sancte Ambrosi. Or
Sancte Hieronyme: Or
Sancte Nicolae. Or
Omnes sancti pontifices et confessores: orate
Omnes sancti doctores: orate
Sancte Benedicte. Or
Sancte Francisce Or
Sancte Anthoni. Or
Sancte Dominice. Or
Omnes sancti monachi et heremitæ: orate.
Omnes sancti sacerdotes et leuitæ orate
Sancta Maria Magdalena: Or
Sancta Agnes Or
Sancta Lucia. Or
Sancta Cæcilia. Or
Sancta Agatha. Or
Sancta Caterina. Or
Sancta Clara Or
Sancta Helisabeth Or
Omnes sanctæ virgines et viduæ orate
Omnes sancti et sanctæ dei: intercedite pro nobis
Propitius esto: parce nobis domine.

Propitius eſto: exaudi, nos domine
Ab omni malo: Libera nos domine
Ab omni peccato: Libera nos domine
Ab ira tua: Libera nos domine:
A ſubitanea & improuiſa morte: Libera.
Ab inſidiis diaboli: Libera nos domine
Ab ira et odio & omni mala voluntate li.
A ſpiritu fornicationis: Libera nos domine
A fulgure et tempeſtate: Libera nos domine
A morte perpetua: Libera nos domine
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ
Libera nos domine Per aduentũ tuũ: Lib.
Per natiuitatem tuam: Libera nos dñe
Per baptiſmũ: et ſanctum ieiuniũ tuũ:
Libera nos domine Per crucem & paſſi
onem tuam: Libera nos domine
Per mortem & ſepulturam tuam: Lib.
Per ſanctam reſurrectionem tuam. Lib
Per admirabilem aſcenſionem tuã: Lib
Per aduentum ſpiritus ſancti paracliti:
Libera nos domine In die iudicii Lib
Peccatores: te rogamus audi nos
Vt nobis parcas: te rogamus audi nos:

Vt nobis indulgeas: te rogamus audi nos
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere
digneris: te rogamus audi nos
Vt eccleſiam tuam ſanctam regere et con
ſeruare digneris: te rogamus audi nos
Vt domnum apoſtolicum et omnes eccle
ſiaſticos ordines in ſancta religione conſerua-
re digneris: te rogamus audi nos
Vt regibus et principibus chriſtianis pa
cem et veram concordiam donare digneris:
te rogamus audi nos
Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio
confortare et conſeruare digneris: te rog. a. n
Vt mentes noſtras ad cœleſtia deſideria
erigas: te rogamus audi nos
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſẽ
piterna bona retribuas: te rogamus audi nos
Vt animas noſtras: fratrum: propĩquo-
rum et benefactorum noſtrorum ab æterna
damnatione eripias: te rogamus audi nos
Vt fructus terræ: dare: et conſeruare
digneris: te rogamus audi nos
Vt omnibus fidelibus defunctis reqẽ



æternam donare digneris: te rogamus audi n[os]
Ut nos exaudire digneris: te rogamus a[udi nos]
Fili dei te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: par
ce nobis domine. Agnus dei qui tollis pec
cata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: mi
ſerere nobis. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi
nos. kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. kyrie eleiſō
Pater noſter. V Et ne nos inducas in tentati
onem. R Sed libera nos a malo. pſalmus.
DEUS IN ADIUTORIUM Meum
intende: domine ad adiuuan
dum me feſtina. Confundantur et reue
reantur: qui quærunt animam meam.
Avertantur retrorſum et erubeſcant: q̄
volunt mihi mala. Avertantur ſtatim e
rubeſcentes qui dicunt mihi euge euge.
Exultent et lætentur in te omnes qui
quærunt te: et dicant ſemper magnificetur
dominus: qui diligunt ſalutare tuum.
Ego vero egenus et pauper ſum: deus
adiuua me. Adiutor meus et liberator me

us es tu: domine ne moreris.
Gloria patri. V Saluos fac ſeruos tuos.
R Deus meus ſperantes in te. V Eſto nobis
domine turris fortitudinis. R A facie inimi
ci. V Nihil proficiat inimicus in nobis. R
Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis
V Domine non ſecundum peccata noſtra fa
cias nobis. R Neque ſecundum iniquitates
noſtras retribuas nobis. V Oremus pro papa
noſtro. R Dominus conſeruet eum et viuifi
cet eum et beatum faciat eum in terra: et non
tradat eum in animam inimicorum eius. V
Oremus pro benefactoribus noſtris. R Retri
buere dignare domine omnibus nobis bona
facientibus propter nomen ſanctum tuum
vitam æternam. amen. V Oremus pro fideli
bus defunctis. R Requiem æternam dona
eis domine: et lux perpetua luceat eis. V Re
quieſcant in pace. R Amen. V Pro fratribus
noſtris abſentibus. R Saluos fac ſeruos tuos
deus meus ſperantes in te. V Mitte eis domi
ne auxilium de ſancto. R Et de ſion tuere
eos. V Domine exaudi orationem meam. R Et

clamor meus ad te veniat. Oremus. oratio
DEVS Cui proprium est misereri sem
per & parcere: suscipe deprecatio
nem nostram: vt nos: & omnes famulos tuos
quos delictorum catena constringit: misera-
tio tuæ pietatis absoluat. Oratio.
EXAVDI Quæsumus domine suppli
cum preces: & confitentium tibi par
ce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tri-
buas benignus & pacem. Oratio
INEFFABILEM Nobis domine
misericordiam tuam clementer ostẽ
de: vt simul nos & a peccatis omnibus exuas
& a pœnis quas pro his meremur eripias.
DEVS Qui culpa offenderis: pœnitẽ
tia placaris: prece populi tui sup-
plicantis propitius respice: & flagella tuæ ira-
cundiæ quæ pro peccatis nostris meremur, au-
OMNIPOTENS sempiterne (ecte
deus: miserere famuli tui papæ no
stri: et dirige eum secundum tuam clementi-
am in viam salutis æternæ: vt te donante ti
bi placita cupiat: & tota virtute perficiat.

DEVS A quo sancta desideria: recta
consilia: et iusta sunt opera: da ser-
uis tuis illam quam mundus dare non potest
pacem: vt et corda nostra mandatis tuis dedi-
ta: et hostium sublata formidine: tempora
sint tua protectione tranquilla.
VREIGNE sancti spiritus renes no
stros et cor nostrum domine: vt
tibi casto corpore seruiamus: et mundo cor-
de placeamus.
FIDELIVM Deus omnium conditor
et redemptor: animabus famulorum famu-
larum q; tuarum remissionem cunctorum
tribue peccatorum: vt indulgentiam quam
semper optauerunt piis supplicationibus cõ-
sequantur.
ACTIONES Nostras quæsumus domi
ne aspirando præueni: et adiuuando prose-
quere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te
semper incipiat: et per te cœpta finiantur.
OMNIPOTENS sempiterne deus qui
viuorum dominaris simul & mor-
tuorum: omnium q; misereris quos tuos fide

et opere futuros esse prænoscis: te suppliciter exoramus: ut pro quibus effundere preces decreuimus: quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per dominum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animæ per misericordiam dei requiescant in pace. ℟. Amen.

SEQVITVR OFFICIVM PRO FIDELIBVS DEFVNCTIS.

Ad vesperas Antiphon. Placebo domino. ps.

DILEXI Quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni: et nomen domini inuocaui. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus humiliatus sum: et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi.



Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lachrimis: pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione viuorum. Requiem æternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. A Placebo domino in regione viuorum. A Hei mihi

AD DOMINVM cum tribularer clamaui. & exaudiuit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosã. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. habitaui cum habitantibus cedar. multum incola fuit anima mea. Cum iis qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Requiem æternam. A Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est. A Dominus custodit te psalmus.

LEVAVI oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum a domino: qui fecit cælum et terram. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit israel. Dominus custodit te: dominus protectio tua: super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te: neque luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo. custodiat animam tuã dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsque in seculũ. Requiem. A Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus. A Si iniquitates. psalmus.

DE PROFVNDIS clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est et propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsq; ad noctem:

ſperet iſrael in domino. Qvia apud dominũ
miſericordia: et copioſa apud eum redemptio
Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniq
tatibus eius. Requiem æternam. A. Si iniqui
tates obſeruaueris domine: domine quis ſuſti
nebit. A. Opera manuum. pſalmus.

CONFITEBOR tibi domine in toto cor
de meo: quoniam audiſti verba oris
mei. In conſpectu angelorum pſallam tibi
adorabo ad templum ſanctum tuum: et confi
tebor nomini tuo. Svper miſericordia tua
et veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper
omne nomen ſanctum tuum.
In quacunq; die inuocauero te: exaudi
me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges
terræ: quia audierunt omnia verba oris tui
Et cantent in viis domini: quoniam ma
gna eſt gloria domini.
Qvoniam excelſus dominus et humilia
reſpicit: et alta a longe cognoſcit.
Si ambulauero in medio tribulationis:
viuificabis me: et ſuper iram inimicorum me

orum extendiſti manum tuam: et ſaluum me fe
cit dextera tua. Dominus retribuet pro me.
domine miſericordia tua in ſeculum: opera ma
nuum tuarum ne deſpicias.
Requiem æternam. A. Opera manuum tu
arum domine ne deſpicias. V. Audiui vocem
de cœlo dicentem mihi. R. Beati mortui qui ĩ
domino moriuntur. A. Omne. pſalmus.

MAGNIFICAT Anima mea dominũ
Et exultauit ſpiritus meus: ĩ
deo ſalutari meo. Qvia reſpexit humilitatẽ
ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes. Qvia fecit mihi mag
na qui potens eſt: et ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius a progenie in proge
nies: timentibus eum. Fecit potentiam in
brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis
ſui. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit
humiles. Esurientes impleuit bonis: et di
uites dimiſit inanes. Svſcepit iſrael puerũ
ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: A
braam et ſemini eius in ſecula.



Requiem æternam. A Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiiciam foras. Pater noster psalmus.

LAVDA Anima mea dominũ. laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quandiu fuero.

Nolite confidere in principibus: neque in filiis hominum in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius et reuertetur in terrã suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius qui fecit cœlum & terram: mare et omnia quæ in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum: facit iudicium iniuriam patientibus: dat escã esurientibus. Dominus soluit compeditos dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas: pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus sion in generatione & generationem.

Requiem æternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. V Requiescant in pace. R Amen. V Domine exaudi orationem meã. R Et clamor meus ad te veniat. Oratio

DEVS Qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

DEVS veniæ largitor et humanæ salutis amator quæsumus clementiam tuam vt nostræ congregationis fratres: sorores: propinquos et benefactores nostros: q̃ ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

FIDELIVM Deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui viuis &c. V Requiem æternã dona eis domine. R Et lux perpetua luceat eis. V Requiescant in pace. R Amen.

AD MATUTINUM PRO FIDELIBUS DEFUNCTIS

Inuitatorium. Regem cui omnia viuunt: Venite adoremus. Regem cui omnia &c.

VENITE Exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro: præoccupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Regem cui omnia viuunt: venite adoremus. Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos: quoniam nõ repellet dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terræ: et altitudines montium ipse conspicit. Venite adoremus. Quoniam ipsius est mare: et ipse fecit illud et aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus et procidamus ante deum: ploremus coram domino qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster: nos autem populus eius: et oues pascuæ eius. Regem cui omnia viuunt: venite adoremus. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto

vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt
& viderunt opera mea. Venite adoremus
Quadraginta annis proximus fui genera
tioni huic: et dixi. semper hi errant corde: ipsi
vero non cognouerunt vias meas: quibus iura
ui in ira mea: si introibunt in requiem meam.
Regem cui omnia viuunt: venite adoremus.
Requiem æternam dona eis domine: et
lux perpetua luceat eis. Venite adoremus. Re
gem cui omnia viuunt: venite adoremus.
[illegible] Dirige. psalmus
VERBA Mea auribus percipe
domine: intellige clamorem
meum Intende voci orati
onis meæ: rex meus et deus meus
Quoniam ad te orabo domine mane ex
audies vocem meam Mane astabo tibi et vi
debo: quoniam non deus volens iniquitatem
tu es Neque habitabit iuxta te malignus
neque permanebunt iniusti ante oculos tuos
Odisti omnes qui operantur iniquitatẽ
perdes omnes qui loquuntur mendacium
Virum sanguinum & dolosum abomi-

nabitur dominus: ego autem in multitudine
misericordiæ tuæ Introibo in domum
tuam adorabo ad templum sanctum tuum:
in timore tuo Domine deduc me in iusti
tia tua propter inimicos meos: dirige in con
spectu tuo viam meam
Quoniam non est in ore veritas: cor eorũ
vanum est Sepulchrum patens est guttur
eorum: linguis suis dolose agebant: iudica
illos deus Decidant a cogitationibus suis
secundum multitudinem impietatum eorũ
expelle eos: quoniam irritauerũt te domine
Et lætentur omnes qui sperant in te: ĩ
æternum exultabunt: et habitabis in eis
Et gloriabuntur in te omnes qui diligũt
nomen tuum: quoniam tu benedices iusto
Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ
coronasti nos. Requiem æternam. A Di-
rige domine deus meus in conspectu tuo viã
meam. A Conuertere domine. psalmus.
DOMINE Ne in furore tuo arguas
me neque in ira tua corripias me
Miserere mei domine quoniam infirmus

sum: sana me domine: quoniam conturbata ossa mea E t anima mea turbata est val de: sed tu domine vsquequo

C onuertere domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam Q voniam non est in morte qui me mor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi L aboraui in gemitu meo lanabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis me is stratum meum rigabo

T vrbatus est a furore oculus meus: inue teraui inter omnes inimicos meos

D iscedite a me omnes operamini iniqui tem: quoniam exaudiuit dominus vocem fle tus mei E xaudiuit dominus deprecatio nem meam: dominus orationem meam susce pit E rubescant et conturbentur veheme ter omnes inimici mei: conuertantur et eru bescant valde velociter

R equiem æternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. A. Conuertere domi ne et eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui. A. Nequando ps

D OMINE Deus meus in te spera ui. saluum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me

N equando rapiat vt leo animam meā dum non est qui redimat neqꝫ qui saluum i faciat D omine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis

S i reddidi retribuentibus mihi mala: i decidam merito ab inimicis meis inanis

P ersequatur inimicus animam meam: et comprehendat et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem dedu cat E xurge domine in ira tua: et exalta re in finibus inimicorum meorum

E t exurge domine deus meus in præcep to quod mandasti: et synagoga populorum circundabit te E t propter hanc in altū regredere: dominus iudicat populos

I vdica me domine secundum iustiti am meam: et secundum innocentiam meam super me C onsumetur nequitia peccato rum et diriges iustum: scrutans corda et re nes deus I vstum adiutorium meum a do

mino : qui ſaluos facit rectos corde
Deus iudex iuſtus fortis et patiens : &
nunquid iraſcitur per ſingulos dies
Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum
vibrauit, arcum ſuum tetendit et parauit il
lum Et in eo parauit vaſa mortis : ſagit
tas ſuas ardentibus effecit
Ecce parturit iniuſtitiam concepit do
lorem et peperit iniquitatem
Lacum aperuit & effodit eum : et inci
dit in foueam quam fecit
Conuertetur dolor eius in caput eius : &
et in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet
Confitebor domino ſecundum iuſtiti
am eius : & pſallam nomini domini altiſſi
mi Requiem æternam. A Nequando ra
piat vt leo animam meam : dum non eſt qui
redimat neque qui ſaluum faciat. V A porta
inferi R Erue domine animas eorum. Pater
noſter. Lectio prima.

PARCE Mihi domine : nihil enim
ſunt dies mei. Quid eſt homo qui
a magnificas eum ? aut quid apponis erga e

um cor tuum ? Viſitas eum diluculo : & ſu
bito probas illum. Vſquequo non parcis mi
hi, nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meã ?
Peccaui. Quid faciam tibi o cuſtos hominum ?
Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus
ſum mihimetipſi grauis ? Cur non tollis pecca
tum meum, et quare non aufers iniquitatem
meam ? Ecce nunc in puluere dormio : et ſi ma
ne me quæſieris non ſubſiſtam. R Credo q &
redemptor meus viuit : et in nouiſſimo die &
de terra ſurrecturus ſum. Et in carne mea vi
debo deum ſaluatorem meum. V Quem vi
ſurus ſum ego ipſe & non alius, et oculi mei cõ
ſpecturi ſunt. R Et in carne. Lectio ſecũda

TEDET Animam meam vitæ meæ,
dimittam aduerſum me eloquiũ
meum : Loquar in amaritudine animæ meæ :
dicam deo noli me condemnare. Indica mihi
cur me ita iudices ? Nunquid bonum tibi vi
detur ſi calumnieris : et opprimas me opus
manuũ tuarũ, et cõſiliũ impiorum adiuues ?
Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut vi
det homo, & tu videbis ? Nunquid ſicut di

es hominis, dies tui: et anni tui sicut humana
sunt tempora? vt quæras iniquitatem meam
et peccatum meum scruteris? Et scias quia ni
hil impium fecerim, cum sit nemo qui de ma
nu tua possit eruere. R. Qui Lazarum resusci
tasti a monumento fœtidum. Tu eis domine
dona requiem et locum indulgentiæ. V. Qui
venturus es iudicare viuos et mortuos, et secu
lum per ignem. R. Tu eis domine dona requi
em et locum indulgentiæ. Lectio tertia.

MANVS Tuę domine fecerunt me
et plasmauerunt me totum in
circuitu: et sic repente præcipitas me. Memẽ
quæso, quod sicut lutum feceris me, et in
puluerem reduces me. Nonne sicut lac mul
sisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pel
le et carnibus vestisti me, ossibus et neruis cõ
pegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti
mihi, et visitatio tua custodiuit spiritum me
um. R. Domine quando veneris iudicare
terram, vbi me abscondam a vultu iræ tuæ?
Quia peccaui nimis in vita mea. V. Commis
sa mea pauesco: et ante te erubesco: dum ve-

neris iudicare noli me condemnare. R. Qui
a peccaui nimis in vita mea.
In secundo nocturno Antiphõ. In loco. ps

DOMINVS Regit me et nihil
mihi deerit: in loco pascuæ
ibi me collocauit
Super aquam refectionis educauit me:
animam meam conuertit
Deduxit me super semitas iustitiæ: prop
ter nomen suum. Nam et si ambulauero
in medio vmbræ mortis: non timebo mala:
quoniam tu mecum es
Virga tua et baculus tuus: ipsa me con
solata sunt. Parasti in conspectu meo
mensam: aduersus eos qui tribulant me
Impinguasti in oleo caput meum: &
calix meus inebrians q̃ præclarus est
Et misericordia tua subsequetur me
omnibus diebus vitæ meæ
Et vt inhabitem in domo domini: in
longitudinem dierum
Requiem æternam dona eis domine:
et lux perpetua luceat eis. A. In loco pascuæ



ibi me collocauit. A Delicta. psalmus.
AD TE Domine leuaui animam me
am: deus meus in te confido nõ
erubescam Neque irrideant me inimici
mei: etenim vniuersi qui sustinent te non cõ
fundentur Confundantur omnes iniq
agentes: superuacue Vias tuas domine
demonstra mihi: & semitas tuas edoce me
Dirige me in veritate tua et doce me:
quia tu es deus saluator meus: & te sustinui
tota die Reminiscere miserationum tu
arum domine: et misericordiarum tuarum
quæ a seculo sunt Delicta iuuentutis
meæ & ignorantias meas ne memineris
Secundum misericordiam tuam me
mento mei tu: propter bonitatem tuam do
mine Dulcis & rectus dominus: prop
ter hoc legem dabit delinquentibus in via
Diriget mansuetos in iudicio: doce
bit mites vias suas Vniuersæ viæ domi
ni misericordia et veritas requirentibus te
stamentum eius: et testimonia eius
Propter nomen tuum domine pro

picaberis peccato meo multum est enim
Quis est homo qui timet dominum?
legem statuit ei in via quam elegit
Anima eius in bonis demorabitur:
et semen eius hæreditabit terram
Firmamentum est dominus timenti
bus eum: et testamentum ipsius vt manifeste
tur illis Oculi mei semper ad dominũ:
quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos
Respice in me et miserere mei: quia v
nicus et pauper sum ego
Tribulationes cordis mei multiplicatæ
sunt: de necessitatibus meis erue me
Vide humilitatem meam & laborem
meum: et dimitte vniuersa delicta mea
Respice inimicos meos quoniam mul
tiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me
Custodi animam meam et erue me: nõ
erubescam quoniam speraui in te
Innocentes et recti adhæserunt mihi
quia sustinui te Libera deus israel: ex
omnibus tribulationibus suis
Requiem. A. Delicta iuuentutis meæ



et ignorantias meas ne memineris domine. A.
Credo quod redemptor. Psalmus.
DOMINVS illuminatio mea et sa
lus mea: quem timebo.
Dominus protector vitæ meæ: a quo tre
pidabo. Dum appropiant super me nocē
tes: vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipsi infir
mati sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra: non
timebit cor meum. Si exurgat aduersum
me prælium: in hoc ego sperabo.
Vnam petii a domino hanc requiram:
vt inhabitem in domo domini: omnibus di
ebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem
domini: et visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo
suo: in die malorum protexit me: in abscon
dito tabernaculi sui. In petra exaltauit
me: et nunc exaltauit caput meum: super ini
micos meos. Circuiui et immolaui in taber
naculo eius hostiam vociferationis: cantabo
et psalmum dicam domino.

Exaudi domine vocem meam qua clama
ui ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum: exquisiuit te facies
mea: faciem tuam domine requiram.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines
in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto ne de
relinquas me: neq; despicias me deus saluta
ris meus. Quoniam pater meus et mater
mea dereliquerunt me: dominus autem assū
psit me. Legem pone mihi domine in via tua
et dirige me in semita recta: propter inimicos
meos. Ne tradideris me in animas tribulan
tium me quoniam insurrexerunt in me testes
iniqui: et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini: in terra vi
uentium. Expecta dominum viriliter a
ge et confortetur cor tuum: et sustine dominū.
Requiem æternam. A. Credo videre
bona domini in terra viuentium. V. Collocet
eos cum principibus. R. Cum principibus
populi sui. Pater noster. Lectio quarta.
RESPONDE MIHI: Quantas habeo
iniquitates et peccata: scelera mea

mea atq; delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis: & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam: & stipulam siccam persequeris? Scribis enim contra me amaritudines: et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in neruo pedem meum: & obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. R. Memento mei deus: quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. V. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. R. Nec aspiciat me visus hominis. Lectio quinta.

HOMO Natus de muliere breui viuens tempore: repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur: & fugit velut vmbra: & nunquã in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?

Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est: cõstituisti terminos eius: qui præteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo vt quiescat: donec optata veniat: & sicut mercennarii dies eius. R. Hei mihi domine quia peccaui nimis in vita mea. quid faciam miser: quo fugiam nisi ad te deus meus? Miserere mei dum veneris in nouissimo die. V. Anima mea turbata est valde: sed tu domine succurre ei. R. Miserere mei. Lectio Sexta.

QVIS Mihi hoc tribuat. vt in inferno protegas me? et abscondas me donec pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum viuat? Cunctis dieb; quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis. R. Ne recorderis peccata mea domine. Dum veneris iudicare seculum per ignem. V. Dirige domine de-



us meus in conspectu tuo viam meam. ℟ Dum veneris iudicare. In tertio nocturno antiphona. Complaceat tibi domine. psalmus.

Expectans expectaui dominum et intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, et eduxit me de lacu miseriæ: et de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum: carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt: et sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates: et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annuntiaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio. In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam deus meus volui et legem tuam in medio cordis mei. Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me. Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ: et non potui vt viderem. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice. Confundantur et reuereantur simul qui quærunt animam meam: vt auferant eam. Conuertantur retrorsum et reuereantur qui volunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge eu-

ge Exultent & lætentur ſuper te omnes
quærentes te: et dicant ſemper magnificetur
dominus: qui diligunt ſalutare tuum
Ego autem mendicus ſum et pauper: do
minus ſollicitus eſt mei Adiutor meus
et protector meus es tu: deus meus ne tarda
ueris Requiem æternam. A Complace
at tibi domine vt eruas me: domine ad adiu
uandum me reſpice. A Sana domine. pſal'
BEATVS Qui intelligit ſuper egenũ
et pauperem: in die mala liberabit
eum dominus Dominus conſeruet eum
et viuificet eum: et beatum faciat eum in terra:
et non tradat eum in animam inimicorum eius
Dominus opem ferat illi ſuper lectum do
loris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in
infirmitate eius Ego dixi domine miſe
rere mei: ſana animam meã quia peccaui tibi
Inimici mei dixerunt mala mihi: quã
do morietur & peribit nomen eius
Et ſi ingrediebatur vt videret vanã loque
batur: cor eius congregabit iniquitatem ſibi
Egrediebatur foras: & loquebatur in

idipſum Aduerſum me ſuſurrabant om
nes inimici mei: aduerſum me cogitabant
mala mihi Verbum iniquum conſtitue
runt aduerſum me: nunquid qui dormit nõ
adiciet vt reſurgat Etenim homo pacis
meæ in quo ſperaui qui edebat panes meos:
magnificauit ſuper me ſupplantationem
Tu autem domine miſerere mei et reſu
ſcita me: & retribuam eis
In hoc cognoui quoniam voluiſti me
quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper
me Me autem propter innocentiam ſuſce
piſti: et confirmaſti me in conſpectu tuo in æ
ternum Benedictus dominus deus iſra
el a ſeculo & in ſeculum fiat fiat
Requiem æternam. A Sana domine
animam meam quia peccaui tibi. A Sitiuit
QVEMADMODVM Deſiderat pſ
ceruus ad fontes aquarum: ita
deſiderat anima mea ad te deus
Sitiuit anima mea ad deum fontem vi
uum: quando veniam & apparebo ante faci
em dei Fuerunt mihi lachrimæ meæ pa

nes die ac nocte : dum dicitur mihi quotidi
e vbi eſt deus tuus H æc recordatus ſum
et effudi in me animam meam quoniam trã
ſibo in locum tabernaculi admirabilis : vſq;
ad domum dei I n voce exultationis et
confeſſionis : ſonus epulantis
Q vare triſtis es anima mea : et quare
conturbas me S pera in deo quoniam ad
huc confitebor illi : ſalutare vultus mei et de
us meus A d meipſum anima mea cõtur
bata eſt : propterea memor ero tui de terra ior
danis et hermonii a monte modico
A byſſus abyſſum inuocat : in voce cata
ractarum tuarum O mnia excelſa tua et
fluctus tui : ſuper me me tranſierunt
I n die mandauit dominus miſericor
diam ſuam : et nocte canticum eius
A pud me oratio deo vitæ meæ : dicam
deo ſuſceptor meus es Q vare oblitus es
mei et quare contriſtatus incedo : dum affli
git me inimicus D um confringuntur oſ
ſa mea exprobrauerunt mihi : qui tribulant
me inimici mei D um dicunt mihi per ſin
gulos dies : vbi eſt deus tuus
Q vare triſtis es anima mea : et quare cõ
turbas me S pera in deo quoniam ad
huc confitebor illi ſalutare vultus mei et de
us meus R equiem æternam dona eis do
mine. A. Sitiuit anima mea ad deum fontẽ
viuum quando veniam et apparebo ante fa
ciem domini. ℣. Ne tradas beſtiis animas
confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum
tuorum ne obliuiſcaris in finem. Lectio vii
S PIRITVS Meus attenuabitur : di
es me breuiabuntur : et ſolum
mihi supereſt ſepulchrum. Non peccaui : &
in amaritudinibus moratur oculus meus. Li
bera domine et pone me iuxta te : et cuiuſuis
manus pugnet contra me. Dies mei tranſierũt
cogitationes meæ diſſipatæ ſunt : torquentes
cor meum. Noctem verterunt in diem : et rur
ſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero :
infernus domus mea eſt : et in tenebris ſtraui
lectulum meum. Putredini dixi pater meus
es : mater mea et ſoror mea vermibus. Vbi eſt
ergo nunc præſtolatio mea et patientia mea?

Tu es domine deus meus. R/. Peccantem me
quotidie: & non me pœnitentem: timor
mortis conturbat me. Quia in inferno nul-
la est redemptio: miserere mei deus & sal-
ua me. V/. Deus in nomine tuo saluum me
fac: & in virtute tua libera me. R/. Quia in
inferno nulla est. Lectio Octaua.

PELLI Meæ consumptis carnibus
adhæsit os meum: & derelicta
sunt tantummodo labia circa dentes meos.
Miseremini mei, miseremini mei saltem vos
amici mei: quia manus domini tetigit me.
Quare persequimini me sicut deus, et carni
bus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt
scribantur sermones mei? Quis mihi det
vt exarentur in libro stilo ferreo: & plum
bi lamina, vel celte sculpantur in silice?
Scio enim quod redemptor meus viuit, et
in nouissimo die de terra surrecturus sum
et rursum circundabor pellæ mea: et in car
ne mea videbo deum saluatorem meum.
Quem visurus sum ego ipse et oculi mei con
specturi sunt & non alius: Reposita est hæc

spes mea in sinu meo. R/. Domine secundū
actum meum noli me iudicare: nihil dignū
in conspectu tuo egi, ideo deprecor maiesta
tem tuam: vt tu deus deleas iniquitatem meā
V/. Amplius laue me domine ab iniustitiā
mea: et a delicto meo munda me. R/. Vt tu de
us deleas iniquitatem meam. Lectio nona.

QVARE De vulua eduxisti me? qui
vtinam consumptus essem: ne o
culus meus videret. Fuissem quasi non essē
de vtero translatus ad tumulum. Nunquid
non paucitas dierum meorum finietur bre
ui? Dimitte me ergo vt plangam paululū
dolorem meum anteq̄ vadam & non reuer
tar ad terram tenebrosam et opertam mortis
caligine: Terram miseriæ et tenebrarum vbi
vmbra mortis et nullus ordo: sed sempitern9
horror inhabitat. R/. Libera me domine de
viis inferni: qui portas æreas confregisti: et
visitasti infernum: & dedisti eis lumen vt
viderent te. Qui erant in pœnis tenebrarum
V/. Clamantes & dicentes aduenisti re-
demptor noster. R/. Qui erant in pœnis te.

nebrarum. V. Requiem æternam. R. Quir rant in pœnis tenebrarum. Sequens respon sorium non dicitur nisi in secundo die post festum omnium sanctorum. Responsorium

Libera me domine de morte æterna in die il la tremenda. Quando cœli mouendi sunt et terra. Dum veneris iudicare seculum per ignē. V. Tremens factus sum ego et timeo dum dis cussio venerit, atq; ventura ira. R. Quando cœli. V. Dies illa dies iræ calamitatis et miseri æ, dies magna et amara valde. R. Dum veneris. V. Requiem æternam. Repetatur a capite Libera me domine vsque ad Tremens.

Ad Laudes Antiphona Exultabūt domino ossa humiliata. Psalmus.

MISERERE Mei deus: secundū magnam misericordiam tuā. Et secundum multitudi nem miserationum tuarum: dele iniquitatē meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cogno sco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui et malum coram te fe ci: vt iustificeris in sermonibus tuis: et vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitati bus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me domine hysopo et mū dabor: lauabis me, et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et lætitiā: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus et spiritū rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui: et spi ritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus, deus salutis meæ: et exaltabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperi es, et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem. vtiq; holocaustis non delectaberis
Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus nõ despicies Benigne fac domine in bona voluntate tua sion: vt edificentur muri hierusalem Tunc acceptabis sacrificium iusticiæ, oblationes, et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos
Requiem æternam. A Exultabunt domino ossa humiliata. A Exaudi. psal.
TE DECET hymnus deus in sion: et tibi reddetur votum in hierusalem Exaudi deus orationem meam: ad te omnis caro veniet Verba iniquorũ præualuerunt super nos: et impietatibus nostris tu propiciaberis
Beatus quem elegisti et assumpsisti: habitabit in atriis tuis
Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum: mirabile in æquitate Exaudi nos deus salutaris noster; spes omnium finium terræ: et in mari longe

Preparans montes in virtute tua, accinctus potentia qui conturbas profundum maris: sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes et timebunt qui inhabitant terminos a signis tuis, exitus matutini et vespere delectabis
Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam
Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidiis eius lætabitur germinans Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: et campi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur
Induti sunt arietes ouium et valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent Requiem æternam. A Exaudi domine orationem meam ad te omnis caro veniet. A Me suscepit.
DEUS Deus meus: ad te de luce vigilo Sitiuit in te anima mea: q̃ multipli-

citer tibi caro mea. In terra deserta, inui
a et inaquosa sic in sancto apparui tibi vt vi
derem virtutem tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua
super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: et in no
mine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur
anima mea: & labiis exultationis laudabit
os meum. Si memor fui tui super stratū
meum: in matutinis meditabor in te: quia fu
isti adiutor meus. Et in velamento alarū
tuarum exultabo: adhæsit anima mea post te
me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quæsierunt animā
meam: introibunt in inferiora terræ: traden
tur in manus gladii: partes vulpium erunt.
Rex vero lætabitur in deo: laudabun
tur omnes qui iurant in eo: quia obstructum
est os loquentium iniqua.
DEVS Misereatur nostri et benedicat
nobis. illuminet vultum suum su
per nos: et misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in
omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi deus: confiteā
tur tibi populi omnes. Lætentur et exultēt
gentes quoniam iudicas in æquitate: et gentes
in terra dirigis. Confiteantur tibi populi
deus confiteantur tibi populi omnes: terra de
dit fructum suum. Benedicat nos deus de
us noster benedicat nos deus et metuant eum
omnes fines terræ. Requiem æternam. A.
Me suscepit dextera tua domine. A. A por
ta inferi erue domine. Psalmus.
EGO DIXI in dimidio dierum
meorum: vadam ad portas infe
ri. Quæsiui residuum annorum meorum:
dixi non videbo dominum deum in terra vi
uentium. Non aspiciam hominem vltra
et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est et conuoluta
est a me: quasi tabernaculum pastorum.
Præcisa est velut a texente vita mea: dū
adhuc ordirer succidit me: de mane vsque
ad vesperam finies me.

Sperabam vsque ad mane quasi leo: sic contriuit omnia ossa mea.

De mane vsque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo: meditabor vt columba.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelso.

Domine vim patior responde pro me. quid dicam, aut quid respondebit mihi cum ipse fecerim.

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic viuitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam vt nõ periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatẽ tuam.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filiis notam faciet veritatẽ tuam.

Domine saluum me fac et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini.

Requiem æternam. A

A porta inferi erue domine animas eorum. A

Omnis spiritus. Psalmus

LAVDATE Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ et lumen.

Laudate eum cœli cœlorum. et aquæ omnes quæ super cœlos sunt: laudent nomen domini.

Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

Statuit ea in æternum et in seculum seculi: præceptum posuit: et non præteribit.

Laudate dominum de terra dracones: et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri.

Bestiæ, et vniuersa pecora: serpentes et volucres pennatæ.

Reges terræ et omnes populi: principes et omnes iudices terræ.

Iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius

Confessio eius super coelum et terram: et
exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius. filiis israel
populo appropinquanti sibi.
CANTATE domino canticum nouũ:
laus eius in ecclesia sanctorum.
Laetetur israel in eo qui fecit eum: et filiae
sion exultent in rege suo. Laudent nomẽ
eius in choro: in tympano: et psalterio psallãt
ei. Quia beneplacitum est domino in po
pulo suo: & exaltauit mansuetos in salutẽ.
Exultabunt sancti in gloria: laetabun
tur in cubilibus suis. Exultationes dei in
gutture eorum: et gladii ancipites in mani
bus eorum. Ad faciendam vindictam
in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos Reges eorum in compe
dibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium conscriptũ:
gloria haec est omnibus sanctis eius.
LAUDATE dominum in sanctis e
ius: laudate eum in firmamento
virtutis eius. Laudate eum in virtutibus

eius: laudate eum secundum multitudinem
magnitudinis eius. Laudate eum in sono
tubae: laudate eum in psalterio et cithara.
Laudate eum in tympano et choro: lauda
te eum in chordis et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus
laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis
spiritus laudet dominum.
Requiem aeternam dona eis domine: et
lux perpetua luceat eis. A. Omnis spiritus
laudet dominum. ℣. Audiui vocem de coelo
dicentem mihi. ℟. Beati mortui qui in domi
no moriuntur. A. Ego sum. Psalmus.
BENEDICTUS dominus deus isra
el: quia visitauit et fecit redemp
tionem plebis suae. Et erexit cornu salu
tis nobis: in domo David pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum: qui a
seculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris: et de manu
omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cum pa
tribus nostris: et memorari testamenti sui san.



cti Iuſiurandum quod iurauit ad Abra
am patrem noſtrum: daturum ſe nobis
Vt ſine timore de manu inimicorum
noſtrorum liberati: ſeruiamus illi
In ſanctitate et iuſtitia coram ipſo om
nibus diebus noſtris Et tu puer prophe
ta altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faci
em domini parare vias eius
Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius
in remiſſionem peccatorum eorum
Per viſcera miſericordiæ dei noſtri: in
quibus viſitauit nos oriens ex alto
Illuminare iis qui in tenebris et in vm
bra mortis ſedent: ad dirigendos pedes nr̃os
in viam pacis Requiem æternam. A Ego
ſum reſurrectio et vita: qui credit in me etiam
ſi mortuus fuerit viuet: & omnis qui viuit &
credit in me: non morietur in æternum. kyrie
eleiſon. Chriſte eleiſon. kyrie eleiſon. Pater
noſter ℣ Et ne nos. ℟ Sed libera: Pſalmus
DE PROFVNDIS clamaui ad te do
mine: domine exaudi vocem meã
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem

deprecationis meæ Si iniquitates obſerua
ueris domine: domine quis ſuſtinebit
Quia apud te propiciatio eſt: & prop
ter legem tuam ſuſtinui te domine
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſpe
rauit anima mea in domino
A cuſtodia matutina vſq; ad noctem:
ſperet iſrael in domino Quia apud do
minum miſericordia: et copioſa apud eum
redemptio Et ipſe redimet iſrael: ex om
nibus iniquitatibus eius
Requiem. ℣ A porta inferi. ℟ Erue
domine animas eorum. ℣ Domine exau
di orationem meam. ℟ Et clamor. oratio
DEVS Qui inter apoſtolicos ſacer
dotes famulos tuos pontificali:
ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: præ
ſta quæſumus, vt eorum quoq; perpetuo ag
gregentur conſortio. Oratio.
DEVS Veniæ largitor & humanæ
ſalutis amator; quæſumus clementiam tuã
vt noſtræ congregationis fratres: ſorores:
propinquos: & benefactores noſtros: qui

ex hoc ſeculo tranſierunt: beata Maria ſem
per virgine intercedente cum omnibus ſan
ctis ad perpetuæ beatitudinis conſortium per
venire concedas.

FIDELIVM Deus omnium condi
tor et redemptor: animabus famulorum fa
mularum qȝ tuarum remiſſionem cunctoruȝ
tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſẽ
per optauerunt piis ſupplicationibus conſe
quantur. Qui viuis et regnas deus Per omnia
ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Requiem æ
ternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua
luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen

Sequuntur ſuffragia plurimorum
ſanctorum: Et primo de ſanctiſſima trini
tate.

Deuota oratio ad ſanctiſſimã trinita
tem.

ADORO Te deum patrem, et fi
lium, et ſpiritum ſanctum: v
nam diuinitatem: æqualem
gloriam: coæternam maieſtatem. Tu es de
us verus: et non eſt alius præter te. Tu es ado
randus: colendus, tremendus, et venerandus
in trinitate et vnitate. Tu es dominator omni
um gentium: et ſaluator hominum. Deus pro
pitius eſto mihi peccatori: quia non ſum di
gnus ego peccator leuare oculos meos ad cœ
lum: nec reſpicere ad te deum omnipoten
tem præ multitudine peccatorum meorum
Sed tu miſericors et conditor et redemptor
noſter: qui es coæternus et quoæqualis pa
tri: qui peccatores ſaluare veniſti: miſerere
mihi peccatori omnium iniquitatum pon
dere prægrauato. Aufer a me miſericors
deus omnia mea mala præterita, preſentia,
et futura: interueniente beata dei genitrice
Maria ſemper qȝ virgine, cum omnibus ſã
ctis. Mitte mihi adiutorium de cœlis vt
non dominetur in me iniquitas mea: ſed
de illa pœnitentiam agam quæ ſit tibi pla
cita vt poſſim peruenire ad miſericordiam
tuam. Deus qui ſolus habes ſapientiam:
tu ſcis domine mi quæ mihi peccatori expe
diunt: prout tibi placet, et ſicut in oculis
diuinæ maieſtatis tuæ videtur: ita de me

ciliat. Suscipe pater clemens preces famuli tui
et perueniant ad aures tuas orationes meæ
quas pro me misero peccatore coram te effū
do: & coram sanctissima virgine Maria: et
omnibus sanctis. ¶ Oratio ad beatã virginẽ
et ad sanctum Iohannem euangelistam.

O INTEME-
RATA et in
eternum benedicta:
singularis atq; incō-
parabilis virgo dei
genitrix Maria, gra-
tissimum dei templū
spiritussancti sacrarium: ianua regni cœlo-
rum: per quam post deum totus viuit orbis
terrarum. Inclina mater misericordiæ au-
res tuæ pietatis indignis supplicationibus
meis: & esto mihi miserrimo peccatori pia
in omnibus auxiliatrix. ¶ O Ioannes be-
atissime Christi familiaris amice: qui ab eo-
dem domino nostro iesu christo virgo elec-
tus es: & inter cæteros magis dilectus: atq;
in mysteriis cœlestibus vltra omnes imbutus

Apostolus enim et euangelista factus es præ-
clarissimus. Te etiam inuoco cum Maria ma-
tre eiusdem saluatoris nostri: vt mihi opē
tuam cum ipsa conferre digneris. O duæ
gemmæ cœlestes Maria & Ioannes. O duo
luminaria diuinitus ante deum lucentia:
vestris radiis scelerum meorum effugate nu-
bila. Vos enim estis illi duo in quibus deus
pater per filium suum specialiter edificauit
sibi domum. Et in quibus ipse filius dei
ob sincerissimæ virginitatis meritum dilec-
tionis suæ confirmauit priuilegium in cru-
ce pendens vni vestrum ita dicens. Mulier
ecce filius tuus. Deinde ad alium. Ecce ma-
ter tua. In huius ergo tam sacratissimi amo-
ris dulcedine quo tunc ore dominico velut
mater & filius ad inuicem coniuncti estis:
vobis duobus ego miserrimus peccator com-
mendo hodie corpus & animam meam: vt
in omnibus horis atq; momentis interius et
exterius firmi custodes & pii apud deum in-
tercessores existere dignemini. Credo enim fir-
miter & fateor indubitanter: quia velle vestrū

velle dei eſt : et nolle veſtrum nolle dei eſt. Vn-
de quicquid ab eo petitis ſine mora obtine-
tis. Per hanc ergo tam potentiſſimam veſtræ
dignitatis virtutem poſcite quæſo mihi pecca-
tori corporis et animæ ſanitatem. Agite q̃ſo
veſtris ſacris orationibus vt cor meum inui-
ſere et inhabitare dignetur ſpiritus almus
gratiarum largitor optimus: qui me a cunc-
tis viciorum ſordibus expurget: virtutibus
ſacris exornet: in dilectione dei et proximi
mei perfecte ſtare et perſeuerare me faciat.
Et poſt huius vitæ curſum ad gaudia ducat
electorum ſuorum benigniſſimus paraclitus
gratiarum largitor optimus. Qui cum patre
coæterno et conſubſtantiali viuit et regnat
per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

[illegible] dia. oratio ad beatiſſimam virgi-
nem Mariam dei genitricem [illegible]

O INTEMERATA et in æternum
benedicta; ſingularis atq; incom-
parabilis virgo dei genitrix Maria gratiſſi-
mum dei templum: ſpiritusſancti ſacrarium:
ianua regni cœlorum: per quam poſt deũ

totus viuit orbis terrarum. De te enim vnigeni-
tus dei filius verus et omnipotens deus ſuam
ſacratiſſimam fecit matrem: aſſumens de te il-
lam ſanctiſſimam carnem: per quem mundus
qui perditus erat ſaluatus eſt: cuius precioſiſ-
ſimo ſanguine ſuo ipſe mundus redemptus ẽ
et peccata remiſſa ſunt: formans eam in preci-
oſiſſimo vtero tuo de precioſiſſimo ſanguine
tuo: vniens eam æternæ et incommutabili di-
uinitati ſuæ: a quo bona cuncta procedunt:
per quem omnia facta ſunt. Quem adoro.
Qui ſacratiſſimam carnem ſuam cum preci-
oſiſſimo ſanguine ſuo dat quotidie fidelib;
ſuis ſub forma panis et vini in cibum viati-
cum ad refectionem animarum ſalutarẽ
et vitalem: quam qui digne manducauerit:
vitam æternam habebit: qui autem indigne
manducauerit: iudicium ſibi manducat et
bibit ſicut pluries feci. mea culpa mea cul-
pa: mea culpa: mea grauiſſima culpa: Qui
autem non manducauerit non habebit vitã
æternam. Et propterea merito dicimus ti-
bi quia per te poſt deum totus viuit orbis ter

rarum. Per hanc fidem te deprecor dei genitrix
& perpetua virgo ſemper Maria: inclina aures
tuæ pietatis indignis ſupplicationibus meis
et eſto mihi miſerrimo peccatori pia et propi
cia in omnibus auxiliatrix: rogans pro me a-
pud fontem pietatis & miſericordiæ creatorē
et redemptorem dominum noſtrum Ieſum ch̄
ſtum filium tuum verum & omnipotentem de
um a quo bona cuncta procedunt: per quem
omnia facta ſunt: qui non vult mortem peccato
ris: ſed vt magis conuertatur & viuat: cui pro-
prium eſt miſereri ſemper et parcere: fac vt ipſe
per ineffabilem miſericordiam ſuam meritis &
precibus tuis abſoluat me ab omnibus pecca-
tis per quæ ei diſplicui: tribuens mihi veram
humilitatem: veram manſuetudinē: gratiam
et obedientiam. fidei: ſpei: & charitatis aug
mentum cum perſeuerantia. cuſtodiens me
a recidiuo peccati & a tentationibus dæmo
num mundi et carnis: ita vt non amplius ſer-
uiam dæmonibus quibus ſeruiui in multitu-
dinibus ſcelerum meorum videlicet in ſuper-
bia: vanagloria: cupiditate: inuidia: ira:

gula: accidia: luxuria: & negligentiis infinitis
& aliis multis peccatis quibus peccaui & ali
os peccare feci. Mea culpa: mea culpa: mea
grauiſſima culpa. Propter hæc peccata per
didi regnum cœlorum et ſocietatem angelo
rum: & totiens offendi piiſſimum filium
tuum et quotiens lætificaui dæmones peſſi-
mos et merui æterna ſupplicia: totiens mea
culpa: mea culpa: mea grauiſſima cupa.
Ideo deprecor te dei genitrix et perpetua vir
go ſemper Maria, vt tu impetres mihi indul-
gentiam & remiſſionem omnium peccatorū
iſtorum et aliorum quæcunq; feci ab ipſo
filio tuo a quo bona cuncta procedunt. per
quem omnia facta ſunt. qui etiam illumi
nat omnem hominem venientem in hunc
mundum: fac vt ipſe illuminet mentem me
am lumine gratiæ ſuæ: inflammans eam i-
gne ſuauiſſimi et ſanctiſſimi amoris ſui. et
faciat me ſeipſum cum patre et ſpiritu ſan
cto vnum ſolum deum verum adorare in
ſpiritu et veritate: ſeipſum ſuper omnia di-
ligere et timere et eidem firmiter obedire et

adhærere : ſua mandata cuſtodire : peccata vita-
re : ſuam ſanctam paſſionem et patientiam i
mitari : bonis operibus abundare : proſpera i
mundi deſpicere : et nulla eius aduerſa formi
dare : et talem pœnitentiam in hac vita pro i
cunctis peccatis et ſceleribus meis agere : quæ
ei precibus tuis beneplacens ſit et grata : vt i
merito ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis cum ſanc
tis et electis ſuis mihi vitam et requiem confe
rat ſempiternam. Amen.

Deuota commendatio ad eandem

SPES Animæ meæ poſt deum
virgo Maria : in illam cõmen
dationem et in illam fidem qua te dilectus
filius tuus dominus noſter Ieſus chriſtus
prælecto diſcipulo ſuo Ioanni commen-
dauit : commendo tibi hodie et quotidie cor
pus et animam meam et honorem meum et
horam exitus mei : et omnes actus meos. ac pre
cor te vt ſerues me a peccatis : a ſcandalis : ab
omni confuſione humana : ab ira tremenda
ab immundis cogitationibus : ab omni mor
tali peccato : a ſubitanea et improuiſa morte

ab omnibus periculis animæ et corporis, hono
ris et rerum mearum : nec vnquam me tale i
permittas facere peccatum quo gratiam tuam
amittam. Da mihi de præteritis emendatio-
nem : de præſentibus cuſtodiam : de futuris
cautelam. Da mihi in hac vita promptum ad
iutorium : eſto mihi in tremendo iudicio pro
locutrix apud filium tuum dominum no
ſtrum Ieſum chriſtum. Amen. A. Sub tu
uum præſidium confugimus virgo dei geni
trix noſtras deprecationes ne deſpicias in ne-
ceſſitatibus noſtris : ſed a periculis cunctis li
bera nos ſemper virgo benedicta. V. In omni
tribulatione et anguſtia noſtra. R. Succurrat
nobis beatiſſima virgo Maria. Oratio

PROTEGE Domine famulos tuos
ſubſidiis pacis : & beatæ Mariæ i
ſemper virginis patrocinius confidentes : a cũ
ctis hoſtibus redde ſecuros. Per chriſtum do
minum noſtrum. R. Amen

De ſancto Michaele archangelo. añ.

Michael archangele paradiſi præpoſi
te veni in adiutorium populo dei : & velis nos

defendere a poteſtate inimici : & tecum du

cere in ſocietatem i domini. ℣ In conſpectu angelorum pſallam tibi deus i meus. ℟ Adorabo ad templum ſãctum tuum : & confitebor nomini tuo. Oratio.



DEUS Qui miro ordine angelorum miniſteria hominum q3 i diſpenſas : concede propicius : vt quibus tibi miniſtrantibus in cœlo ſemper aſſiſtit^r ab hiis in terra vita noſtra muniatur. Per.

Oratio ad proprium angelum cuſtodẽ.



CUSTOS mi angele glorioſe qui ex cœleſti hierachia fuiſti diuinitus ab ortu natiuitatis meæ ex vtero ad mei cuſtodiam deputatus : te deprecor humiliter & deuote vt me tibi cõmiſſum ſic illumines munias & defendas : hoſte procul pulſo maligno : nedum a malis compeſca operibus : ſed etiam ad bonum tua virtute ſollicites & inducas : ac tuum demum opitulante patrocinio me tuum conciuem facias ſupernorum. Per chriſtum dominũ n̄r.

Item alia oratio ad eundem.

OBSECRO te angelice ſpiritus cui ego a prouidentiam commiſſus ſum : vt cuſtodias me indeſinenter : protegas viſites & defendas ab omni incurſu diaboli vigilantem atq3 dormientem : nocte ac die : horis continuis atq3 momentis conſoue me et tuere me, vbicunq3 iero comitare me. Repelle a me per virtutem dei omnem tentationem ſathanæ : & quod mea non extingunt i merita tuis precibus obtine apud miſericordiſſimum iudicem deum : vt nullum in me habeat locum contrariæ virtutis. Cumq3 me per abrupta viciorum deuium eſſe videris per ſemitas iuſtitiæ incedendo : ad redemptorem et conditorem meum reducere ſatagas. Et in quacumque neceſſitate vel agu

ſtia me eſſe proſpexeris: auxilium dei omni
potentis tuo obtentu ſuper me adeſſe ſentiã.
Precor te cuſtos meus vt ſi fieri poſſit notũ
mihi facias finem meum. Et cum de hoc cor
pore deo iubente eductus fuero: non dimittas
malignos ſpiritus me terrere aut illudere: ne
q; in foueam deſperationis incidere: et nõ me
derelinquas omnino donec me perduxeris ad
viſionem dei omnipotentis conditoris mei: in
qua ſimul ego pro opere et gratia et clementia
dei patris mei: et tu pro cuſtodia mea vna cũ
beatiſſima dei genitrice Maria et omnibus
ſanctis perenniter lætemur et congaudea:
mus cum chriſto in ſecula ſeculorum: Amẽ

De ſancto Ioanne baptiſta. Antiph.

Nter natos mulierum non ſurrexit maior Io anne baptiſta. V. Fuit homo miſſus a deo. R. Cui nomẽ

erat Ioannes. Oratio.

RAESTA Quæſumus omnipotẽs
deus vt familia tua per viam ſalutis incedat: et
beati Ioannis præcurſoris chriſti hortamenta
ſectando: ad eum quem prædixit ſecurus per
ueniat. Dominum noſtrum Ieſum chriſtum

De ſancto Ioanne euangeliſta. An.



Ioannes apoſtolus et euangeliſta virgo electus eſt a domino atq; inter cæteros magis dilectus. Ver. Valde honorandus eſt
beatus Ioannes. R. Qui ſupra pectus domi
ni in cena recubuit. Oratio.
Ecclesiam tuam quæſumus do
mine benignus illuſtra: vt beati Ioannis apo
ſtoli tui et euangeliſtæ illuminata doctrinis
ad dona perueniat ſempiterna. Per.

De ſanctis Petro et Paulo. Antiphona.

Petrus apoſtolus et Paulus doctor gentium ipſi nos
docuerunt legem tuam domine. V. In om.

nem terram exiuit ſonus eorum. R. Et in fi
nes orbis terræ verba eorum. Oratio.

D Eus cuius dextera beatum Pe
trum apoſtolum ambulantem
in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapo
ſtolum eius Paulum tertio naufragantem
de profundo pelagi liberauit: exaudi nos
propitius et concede vt amborum meritis
æternitatis gloriam conſequamur. Qui.

De ſancto Iac[illegible] Anti.ª



L vx & decus hy
ſpaniæ: O Iacobe ſan
ctiſſime, ſubleuator
oppreſſorum: ſuffra
gium viatorum qui
inter apoſtolos pri
martyr laureatus obtines primatum. O ſi
gulare præſidium tuorum benignus exau
di vota ſeruorum: & intercedas pro noſtra
omnium q; ſalute. V. Ora pro nobis beate
Iacobe. R. Vt digni efficiamur promiſ. chr.

E Sto domine plebis tuæ. Oratio
ſanctificator & cuſtos: vt apo
ſtoli tui Iacobi munita præſidiis: et conuerſa
tione tibi placeat et ſecura deſeruiat. Per

De ſancto Andrea apoſtolo. Anti.ª

C vm perueniſſet be
atus Andreas ad locum
vbi crux præparata erat
exclamauit et dixit. O
bona crux diu deſide
rata & iam animo cō
cupiſcenti præparata: ſecurus et gaudens ve
nio ad te: vt tu exultans ſuſcipias me diſci
pulum eius qui pependit in te magiſter meus
chriſtus. V. Dilexit Andream dominus R.



In odorem ſuauitatis. Oratio
Q Væſumus omnipotens deus vt
beatus andreas apoſtolus tuus pro nobis im
ploret auxilium: vt a noſtris reatibus abſo
luti: a cunctis etiam periculis eruamur. Per

De omnibus apoſtolis. Antiphona.

D vm ſteteritis ante Reges et præſides:
nolite cogitare qualiter reſpondeatis dabit
enim vobis in illa hora quid loquamini. V.
In omnem terram exiuit ſonus eorum. R.

Et in fines orbis terræ verba eorum. Oratio

CONCEDE Quæſumus omnipotẽs vt ſicut apoſtolorum tuorum iugiter commemorationem agimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam ipſi pro nobis exorent. Per dominum.

De ſancto Stephano Antiphona.



Stephanus plen⁹ gratia et fortitudine faciebat prodigia et ſigna magna in populo. V Iuſtus germinabit ſicut lilium. R Et florebit in æternum ante dominum. orõ

OMNIPOTENS ſempiterne deus qui primitias martyrum ĩ beati leuitæ Stephani ſanguine dedicaſti: tribue quæſumus vt pro nobis interceſſor exiſtat qui pro ſuis etiam perſecutoribus exorauit dominum noſtrum Ieſum chriſtũ filium tuum. De ſancto Chriſtoforo. añ.

Sancte Chriſtofore martyr precioſe: rogo te per nomen chriſti creatoris tui: et per illud prærogatiuum quod tibi contulit: quãdo nomen ſuum tibi ſoli impoſuit. Te deprecor in nomine patris et filii et ſpiritusſancti et per gratiam quam accepiſti: vt erga chriſtũ et ſanctam eius genitricem mihi famulo tuo ſis propicius peccatori quatinus tuo pio int'uentu facias me vincere omnes qui cogitant mihi mala: et per illud leue onus qui eſt chriſtus: quem trans marinum flumen in humeris tuis feliciter portare meruiſti: Alleuiare dignare præſentes meas anguſtias: paupertates: tribulationes: malas et peruerſas machinationes: fraudulentas conſpirationes: mendacia: falſa teſtimonia: occulta: ſiue aperta conſilia: et alia quæ contra honorem meum cogitando vel conſpirando veritatis emuli mihi ſeruo tuo inferre conantur: vt vita comite et ſaluo honore tecum gaudere valeam in ſecula ſeculorum. V Ora pro nobis beate chriſtofore. R Vt digni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.

DEVS Qui beatum Chriſtoforũ martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſ

sione roborasti: quiqз vnigenitum tuum dominum nostrum Iesum christum in humeris suis mirabiliter portari voluisti: concede

propicius vt qui eius commemorationem agimus: ipsius meritis ad regna cœlestia peruenire feliciter mereamur. Per eundem dominum nostrum Iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus: per omnia secula seculorum. Amen. De sancto Laurentio. Anti.

Leuita Laurentius bonum opus operatus est qui per signum crucis cæcos illuminauit. V Dispersit dedit pauperibus. R Iustitia eius manet in seculum. oro.

DA NOBIS Quæsumus omnipotens deus viciorum nostrorum flammas extinguere qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorū incendia superare. Per christum dominū.

De sancto Sebastiano. Antiphona.

O Quā mira refulsit gratia Sebastianus martyr inclytus: qui militis portans insignia. sed de fratrum palma sollicitus cōfortauit corda trementia verbo sibi collato cœlitus. V Ora pro nobis beate martyr Sebastiane. R Vt mereamur pestem epidimiæ illesi transire: et promissionem christi obtinere. Oratio.

DEVS Qui beatum Sebastianum martyrem tuum in tua fide et dilectione tam ardenter solidasti: vt nullis carnalibз blandimentis: nullis tyrannorum minis nullisqз carnificum gladiis siue sagittis a tuā cultura potuit reuocari: Da nobis miseris peccatoribus: dignis eius meritis et intercessionibus: in tribulatione auxilium

in persecutione solatium: et in omni tempo
re contra pestem epidimiæ remedium: qua
tinus possimus contra omnes diabolicas ĩ
sidias viriliter dimicare: mundum et ea q̃
in mundo sunt despicere: & nulla eius ad
uersa formidare: vt ea quæ te inspirante de
sideramus valeamus feliciter obtinere. Per

De sancto Dionysio. Antiphona.

O Beate Dionysi ma
gna est fides tua: inter
cede pro nobis ad do
minum deum nostrũ
vt qui qualitate tibi su
mus dissimiles sua gra
tia largiente: cœlestium gaudiorum faciat
esse consortes. V Ora pro nobis beate Dio
nysi. R Vt digni efficiamur. Oratio.



D Eus qui beatum Dionysium mar
tyrem tuum virtute constantiæ
in passione roborasti roborasti: quiq; illi ad
prædicandum gentibus gloriam tuam Ru
sticum et Eleutherium sociare dignatus es
tribue nobis quæsumus ex eorum imitatio
ne pro amore tuo prospera mundi despice
re: et nulla eius aduersa formidare. Per

De sancto Anthonio. Antiphona

A Nthoni pastor
inclyte qui cruciatos
reficis: morbos sanas
et destruis: ignis calo
rem extinguis pie pa
ter ad dominum ora
pro nobis miseris. V Ora pro nobis beate
pater Anthoni. R Vt digni efficiamur. O.

D Eus qui concedis obtentu beati
Anthonii confessoris tui mor
bidum ignem extingui et membris ægris r
refrigeria præstari: fac nos quæsumus ipsi
us meritis et precibus a gehennæ incendiis
liberatos integros mente et corpore tibi feli
citer in gloria præsentari. Per dominum.

De sancto Martino episcopo. An.

O Beatum pontificem qui totis visce
ribus diligebat christum Regem et non r
formidabat imperii principatum. O Mar
tine dulcedo medicamentum et medice.



O sanctissima anima quam si gladius persecutoris non abstulit: palmam tamen martyrii nõ amisit. ℣. Ora pro nobis beatissime Martine. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus concede propicius: vt intercessione beati Martini confessoris tui atq3 pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per christum.

De sancto Nicolao episcopo. Antiphona.

Amicus dei Nicolaus pontificali decoratus infula omnibus se amabilem exhibuit. ℣. Ora pro nobis beate Nicolae. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Deus qui beatum Nicolaum põtificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quæsumus vt eius meritis et precibus a gehennæ incendiis liberemur. Per dominum nostrum Iesum christum.

De sancto Claudio. Antiphona.

O Desolatorum cõsolator: captiuorum liberator: resurrectio mortuorum: lumen cæcorũ auditus surdorum: mutorum eloquium: tutor naufragantium: impotentium & languidorum sanator: medicinæ refugium: via errãtium: salus omnium in te sperantium. Beate Claudi benigne confessor ora deum pro nobis q̃ te tot et tantis illustrauit suffragiis. ℣. Ora pro nobis beate Claudi. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Deus qui beato Claudio glorioso confessori tuo atq3 pontifici tantam gratiam et beatitudinem conferre dignatus es: quod per illam fere totus orbis christianorum pro suis necessitatibus ad ipsum affluit: & quicunq3 eum pie ac deuote quæ-

fierit desolatus non remanebit. Da nobis quæsumus domine iusta desideria postulare: vt quæ iuste postulauerimus suis meritis et intercessionibus apud te iugiter valeamus obtinere. Per dominum nostrum Iesum.

De sancto Roch. Antiphona.

Ave Roche sanctissime nobili natus sanguine crucis signaris scemate sinistro tuo latere. Roche peregre profectus pestis feræ fugas tactus mirifice tangendo salutifere. Vale Roche angelice vocis citatus famine: obtinuisti deifice a cunctis pestem pellere. V. Ora pro nobis beate Roche. R. Vt digni efficiamur promissionibus christi. oratio

Deus qui beato Rocho per angelum tuum tabulam eidem afferentem promisisti, vt qui ipsum pie inuocauerit a nullo pestis cruciatu lederetur. Præsta quæsumus: vt qui eius memoriam agimus meritis ipsius a mortifera peste corporis et animæ liberemur. Per christum

De sancta Anna. Antiphona.

Cœleste beneficium introiuit in Annam per quam nobis nata est Maria virgo. V. Ora pro nobis beata Anna. R. Vt digni efficiamur promissionibus christi. oratio.

Deus qui beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es: vt beatissimam matrem tuam in suo gloriosissimo vtero portare meruit: Da nobis per intercessionem matris et filiæ tuæ propitiationis abundantiam: vt quarum commemorationem pio amore amplectimur: earum precibus ad cœlestem patriam peruenire valeamus. Per eundem christum.

De sancta Maria Magdalena. an.

Maria ergo vnxit pedes Iesu & extersit capillis suis: et domus impleta est ex odore vnguenti. V. Dimissa sunt ei peccata multa. R. Quoniam dilexit multum. oro

LARGIRE
nobis cle-
mentiſſime pater
quod ſicut beata
Maria Magdale-
na dominum no-
ſtrum Ieſum chri
ſtum ſuper omnia diligendo ſuorum ob-
tinuit veniam peccaminum: ita nobis a-
pud tuam miſericordiam ſempiternam
impetret beatitudinem. Per eundem. dñ.
De ſancta Caterina. Antiphona.

VIrgo ſancta
Caterina Græciæ
gemma: vrbe Alexã-
drina: Coſti Regis
erat filia. V. Diffu
ſa eſt gratia in labi
is tuis. R. Propterea benedixit te deus. ĩæt.
DEus qui dediſti legem Oratio.
Moiſi in ſummitate montis ſi-
nay, et in eodem loco corpus beatæ Cateri-
næ virginis & martyris tuæ per ſanctos

angelos tuos mirabiliter collocaſti: tribue
quæſumus vt eius meritis et interceſſione ad
montem qui chriſtus eſt valeamus perueni-
re. Per eundem dominum noſtrum. Ie. ch.



VIrgo glorioſa
chriſti Margareta
virginum gemma
precioſiſſima virtu-
te ſupernorum clara
audi preces noſtras
coram te fuſas: fac nos iungi æternali choro
precibus ergo tuis adeſto calamitatibus no-
ſtris quibus vndiq; præminētur. V. Ora pro
nobis beata Margareta. R. Vt digni effici
amur promiſſionibus chriſti. Oratio.
DEus qui beatam Margaretam vir
ginem tuam ad cœlos per matyrii
palmam peruenire feciſti: concede nobis quæ
ſumus vt eius exempla ſectantes ad te veni
re mereamur. Per dominum noſtrum. Ie. ch.
De ſancta Barbara. Antiphona.
GAude Barbara beata ſumme pollens

in doctrina angeli mysterio. Gaude virgo or
ograta: quæ baptistã
imitata es in vitæ sta
dio. Gaude cum te i
visitauit: christus vi
ta, et curauit plagas
actu proprio. Gau
de quia meruisti impetrare quod petisti: dã
te dei filio: Gaude nanq; eleuata es in cœlũ
et delata: nobili martyrio. Te laudantem fã
miliam trahe post te ad gloriam. finito exili
o. ℣. Ora pro nobis beata Barbara. ℟. Vt di
gni efficiamur promissionibus christi. oro.

INTERCESSIO Quæsumus domine
beatæ Barbaræ virginis et martyris
suæ ab omni aduersitate nos protegat: vt per
eius interuentum gloriosissimum sacrosã
cti corporis et sanguinis domini nostri Ie
su christi sacramentum ante diem exitus
nostri per veram pœnitentiam et puram cõ
fessionem percipere mereamur. Qui tecum.
Sequuntur [illegible] orationes [illegible]
[illegible]

O DOMINE Iesu christe adoro
te in cruce pendentem: et coro
nam spineam in capite portan
tem: deprecor te vt tua crux liberet me ab an
gelo percutiente. Pater noster. Aue Maria.



O Domine Iesu christe adoro te ī cruce vulneratum: felle et aceto potatum: Deprecor te vt tua vulnera sint remedium animæ meæ. Pater nost. Aue maria

O Domine Iesu christe: adoro te in sepulchro positum: mirrha et aromatibus conditum: deprecor te vt mors tua sit vita mea. Pater noster. Aue Maria

O Domine Iesu christe adoro te descendentem ad inferos et liberantem captiuos: deprecor te ne me permittas illuc introire. Pater noster. Aue Maria

O Domine Iesu christe adoro te resurgentem a mortuis & ad cœlos ascendentem sedentemq; ad dexteram patris: deprecor te miserere mei. Pater n. A.

O Domine Iesu christe pastor bone: iustos conserua: peccatores iustifica: & omnibus fidelibus defunctis miserere: et propitius esto mihi peccatori Pater noster Aue Maria.

O Domine Iesu christe propter illam amaritudinem quam pro me miserrimo peccatore sustinuisti in cruce: maxime in illa hora quando nobilissima anima tua egressa est de corpore tuo: deprecor te miserere animæ meæ in egressu suo. Amen. Pater noster: Aue Maria.

Oratio dicenda ante sanctam communionem.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tu domine qui dixisti: q̄ manducat meā carnē: et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo: propitius esto mihi peccatori per sumptionem corporis et sanguinis tui et præsta vt non ad iudicium dannationis illud sumam: sed misericordia tua præueniente ī salutem & remissionem peccatorum meorum. Qui cum patre et spiritu sancto.

Oratio post sanctam communionem

VERA perceptio corporis et sanguinis tui omnipotens deus: non veniat mihi ad iudicium neq; ad condemnationem: sed sit omnium peccatorum meorum optata remissio: animæ et corpo-

ris mei pia gubernatio: et potens ad vitam
præſentem et æternam introductio. Qui vi-
uis et regnas cum deo patre in vnitate ſpi-
ritusſancti deus: per omnia ſecula ſeculorũ
Amen.